cet & genitiuus ſingularis eſſe poſſit.& alibi.
In breuia,& Syrtis. Æ.1,115.
Et uaſtas aperit Syrt s. Æ.1, 150. quorum autem nominum geni tiuus pluralis ante um ſyllabā i literam habuerit, inquit Plinius per is loquimur,ut refert Chariſius quanquam noſtra ætate paſ ſim ac eruditis receptum eſt nec minus quorſdam maiorū,ut hu iuſmodi accuſatiui per ei diphthongum ſcriberentur.quum ta men Velij Longi ſententia ſit,ut per i ſolam notentur. nam & ali quando Quintiliano incommo dum per ei ſcribere uiſum eſt . utimur & in proſa hac termina tione, ut in Salluſtiano indice copioſius dictauimus.
Vrbis.G.4,154.193 Æ.1,442.627.2, 234.284 360.507.771. 3,132 149. 393.4.348.5,119. 7,678.8,46 134. 479 11,466. 12, 116.610.619 690.
urbs. Æ.1,16. N.tr.6.inter urbem, & ciuitatem.2,363.10,180.
ure.G.4 48.331.
urentes.G.2,196. apud Terentium Varronē Coſſinius inquit: capellarum dentes inimici ſationis, quas etiam Aſtrologi ita recepe runt in cœlum, ut extra limbū. 12.ſignorum excluſerint.
urere.G.1,85. Æ.2,37.
urgebam.9,489. N.tr.5.
urgemur.10,375.
vrgens.G.1,146.
urgent.G.3,200.
urgente Æ.11,564.888.
urgenti.Æ.2,653.
urgentur. G.3,222 N.tr.5.6, 565.
urgerent.G.2,352.N.eodem.
urgeri.Æ.3,579 7,705.
urget.G.1,444 3,523. N.tr.5.4,177. 290. Æ.1, 115.5,226. 442. 7,241. 566.9,73.89. 10.373.433.745. 11, 524.755.12.309.748. urgit aliquā do uſurpauit Lucretius tertij ordinis.lege ſuburget.
urgetur.Æ.10,889 11.587.
u i.G.2,374 Gallica uox eſt,qua fe ri boues ſignificantur.quod in cę nis Macrobianis aſſerit Cecinna.
utis.G 3,532.
urit.E.2,68.8,83.G.1,77.3,215.Æ.1, 666 7,13.
uritis.5,672.
uritur.Æ.4,68.
urna. Æ.6,22.7,792.
urnam.6,432.
urſæ.Æ.5,37.8,368.leonis itidē eru uijs ornat ſuos Heroas Mantuanus Homerus ut Æ.2,722 5,531. 7,666.8,177.552.9,306.item iuuē ci.11,679.& tergore Lyncis. Æ.1, 327.& pantheræ.8,460 trib it.& illis galeros de pelle lupi. 7,688. 11,681.
urſi.G.3,247 Æ.7,17.
urunt. G.1,78.2,56.
uſa eſt.Æ.1,68.quā elocutionē hic tantum legimus ea frequens ho die in ore populi uerſatur.ſexcē tis autem modis uariauit hanc Poeta , ut in hoc quidem mihi Homero ſuperior eſſe uideatur, de quo & Valer. Martialis, cum deriſus dicetur ſæpius τὸν δ' ἀπα μειβόμενος.
uſi qbus.ſ uiribus, & animis.5,192.
uſquam.Æ.1,608.2,71.142.6,91. 7, 311.8,568.9,420.12,918.
uſq; ad.E.5,43.9,9.
i.iugiter,Seruius.E.9,64.
adeo E.1,12.G 4,84 Æ.12,646.
uſq; G.1,211.4 293. Æ.2,628 i.diu. 6,487.10,321.11,317.
ab uſq; Pachyno.7,289.uſurpatiue, ſicut ad uſque.
quo me decet uſq; te.5,384 i.meſis pro quouſque.
uſum G 3.163 313.Æ.12,396.
uſus.E.2,71.G.1,133 2,22.456 3,135. 211.306 559. N.tr.5. 4 295. Æ.2, 453.4,647.uiribus. 8,441. i.c.ius, N.tr.5

Digitized by Google

Vt.E.1,9.46.3 99.4,52.5,79.6,15.33.
45.65. 8,80. G.1,240. 2,121. 3,24.
250.4,95.Æ.2,4.272.4,547. 5,329.
667. 6,513. 779. 7,437.814. 8,88.
191.236.288.9,47. 10,20.608.847.
11,437.796. 12,143.188.218.270.
vt pl'ibent.G.4,247.Æ.4,179.8,135.
324.vbiq;,Seruius.
vt fama.G.4,318.Æ.6,14.
vt comparationibus ſeruiens. E.5,
32.G.1,513 2,279.3,99,237.4,95.
195.261.Æ.1,401.671.5,448.588.
9,551.10,454.11,751.12,206.262.
587.
vt cauſatiua.E 7,26.9,65. G.1,133.
195.351.2,270.506.4,21.27. 396.
404.Æ.1,3.78.302,558.662.689.2,
60.665.4,432.681.6,115.371.534.
750.7,481. 8,58.412. 11,153.161.
371.516.778.856. 12,349.395.555.
636.771.898.
vt ſuaſiua.12,815.
vt aduerbium temporis. i.ſtatim,
poſtquam, ex quo, primum. Æ.1,
490.2,67.119.519.531.561.3,53.5,
8.178.6,385.490.7,112. 8,1.5.107.
227.362.610. 9,389.683.722. 10,
148.365.418.441.570.586.646.790.
821.11,36.40.838.854.892. 12,1.
129.324.353.557.710.869.
vt primũ.G.2,426. Æ.1,310.4,259.
586.6,102.452.11,300 12,47.669.
vt vidi, vt perii, vt me malus abſtulit error.E 8,41.primum eſt tẽporis, alia qualitatis.i.ſtatim poſt quam vidi, ſiue q̃ primũ vidi, quo modo perii, factus eſt uerſus ad exẽpiũ Theocriti, qui in Pharmaceutria ſic, ὡς ἴδον ὡς ἐμάνην, ὡς μοι περὶ θυμὸς ἰάφθη Δειλαίας, & in Comaſte de Atalanta ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἅλατ' ἔρωτα, hoc loco non diſſimulãdus videtur Fl.Soſipatri error cum de ſolœciſmo agens ſic inquit, Pro aduerbio coniunctio. vt hic ad ueteres fagos pro ſicut hic. nã vulgata omnia exemplaria Aut recte habent, non vt compoſita ſicut, velut, veluti.
vt nimis eſt, vnum oro contingat.
i.ut contingat.6,106.
vt cunq;.Æ.6,822. Liuius, vtcunq; erit, iuuabit tamen rerum geſtarum memoria principis populi me ipſum conſulere.
utere.6,546.12,932.
uteri.Æ.2,38.
vtero. G.4,556. Æ.2,52.243.258. 3,
428.11,513.
uterq;. E.3,28.G.2,412.3,118. Æ.2,
214.7,223.11,608.
vterum.Æ.2,20.7,499.
uti come.E.6,31. Æ.1,470. 7,528.
12,488.
vti acioche.G.2,285.
vti fortuna.Æ.9,240.
vtile.G.2,323.442.
vtilior.G.2,93.
vtilis.G.2,150.
vtinam. E.10,35.Æ.1,579.2,110.3,
617.
utraq;.G.4,37. Æ 3,416.5,460.855.
vtranque.Æ.3,504.685.
vtraſq;.5,233.6,685. aliàs geminas ambas, duplices, & ſingulari utranq; manum.
vtres.G.2,384.
vtrinq;.Æ.7,566.11,524.12,662.
vtriq;.10,450.
vtroq;.G.3,33.Æ.5,469.9,755.
Ouid.Metamorph.5. Neſcit vtro ruat, & potius ruere ardetq; vtroque.v breui.
vtrunq;.G.3,325.Æ.7,100.
vtrunq;.Æ.2,61.4,357.9,418.
vua.E.4,29.9,49 G.2,60.ſ.vitis.
vuę.G.1,54.2,191.
vuam demittere.G.4,558.vulgo ſamar ab examine.
vuas.G.1,449 vulgo graſpo.
vuidus.E.10,20.
vuis.G.1,9.2,419.
Vulcani. G.4,346. Æ.8,422.729.9,
148.10,542.11,439.
Vulcania.8,422.535.12,739. acies.
10,408.

Digitized by Google

10,408. ſatis poetice. i. ignis late omnia circum corripit.
Vulcano. G.1, 295. Æ. 2, 311. 7, 679.
Vulcanum. 8,371.
Vulcanus. 5,662. 8,158. 9,76.
vulgare. Æ. 10,64. N. tr. 3.
vulgata. G.3,4. Æ. 1,462. 8,554.
vulgatur. 12,608.
vulgi. de apibus. G.4,69. Æ. 2,119. 11, 451. 12,223.
vulgo. E.4,25. G.1,477. 3,246. 363. 494. Æ. 3,643. 9,283.
vulgum. Æ. 2,99 N. tr. 4.
vulgus. G.3,469. Æ. 1,153. 194. 2,39. 798. 12,131.
vulnera. G.3,257. 455. 4,218. Æ. 2, 278. 286. 3,242. 4,683. 5,433. 6,446. 660 7,182. 787. 9,401. 487. N. tr. 6. ver. vlcus, & vulnus. 10,140. 560. 834. 848. 11,647. 12,720. ſcribunt Phyſici fluxum ſanguinis aquæ frigore ſiſti. vnde & in 12. de vulnerato Ænea ait, Fouit ea vulnꝰ lympha longæuus Iapis. ex quorum æmulatione locorũ Silius quoq; in. 5. Punicorum ſcribit, Mulcebat lympha purgatum ſãguine uulnus. & ex eadem obſeruatione Apuleius in 8. Hinc cruorem præterfluẽtis aquæ rore diluere, ille ſpongiis madidatis tumores comprimere.
uulnera recto. Æ. 10,29. 11,643.
uulnere. G.4,238. Æ. 2,436. 529. 567. 5,278. 436. 6,450. 497. 9,580. 751. 10,486. 781. 842. 857. 11,277. 591. 792. 817 848. 12,51. 160. 323. 376. 422. 640. 797. 943. 948.
vulneret. 8,583.
uulneribus. G.3, 221. Æ. 2, 630. 11,56.
vulneris. 9,700. 748. 11,639.
uulnificus. 8,446.
uulnus. Æ. 1,40. 4,2. 67. 689. 7,533. 9, 578. 745. 10,488. 733. 850. 11,698. 749. 823. 12,389. 420.
uulpes. E. 3,91.
uulſæ. 11,724.
uulſis. Æ. 3,650.
uult. G.2,218. 6,318.
uultu. G.1, 453. 4,371. Æ. 1, 213. 259. 4,477. 556. 6, 156. 862. 12, 807.
vultum. G. 4, 254. Æ. 1, 459. 565. 3,320. 6, 470. 8,156. 266. 9, 251. 10, 821. ſalis. 5, 848. id eſt faciem. ut Viſa maris facies.
uultur. 6,597.
Vulturni. 7,729. fluuius qui præterlabitur Capuam.
vultus, nominatiuo. E. 1, 64. Æ. 1,331. 3,216. 4,4. 5,649. 6,47.
vultus, accuſatiuo. Æ. 1,688. 714. 2, 286. 536. 3,173. 6,755. 848. 7, 20. 265. 416. 12,70.
vxor. E.8,29.
vxorius. Æ. 4,266.

X

XAnthi. Æ. 3,350. 497. 4,143.
Xanthoq;. G.4,336. nympha eiuſdẽ ſchematis ſunt apud Poetam Dido, Alecto, Celæno, Clio, Drymo, Spio, Erato, Pyrgo, Argo, Io, & Doto. Manthus quoq; genitiuus eſt a recto Mantho, ſed & Dido ſæpe vocatiuum dixit caſu quarto, ſicut Luctificam Alecto.
Xanthum. Æ. 1,477. 5,634. 803. 10, 60.
Xanthus. 5,808. 6,88. maluit Poeta maximus ſuum iudicium ſecutus xanthi Deorum vocabulo ſemper vti, non vnquã Scamãdri hominum. Homerus Ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ σκάμανδρον. quod ex eo mihi ſane feciſſe uidetur, ꝙ rectius quidem Deos (vt par eſt) quam homines, vocabula rebus imponere, optime exiſtimaret, Xanthi, & Scamandri nominum

rat'onem haberes ap'id Platonē in eo libro, q'io de recta nominū ratione diligēter diſputauit ille quidem quāuis grauiſſimus philoſophandi autor & magiſter, vt in eadem re non improbetur ſtudium noſtrum, quo Stoicū ſcripſimus, & Mithridatem, 60. & amplius linguarum concinnamus.

Z

ZAcynthos. Æ.3,270. nemoroſa epitheton Homeri Odyſſeæ γ Δουλιχ' ωτε σαμητε, καὶ ὑλήεντι ζακύνθῳ Ε' δ' ὅσσοι κραναὴν ἰθάκην κατὰ κοιρανέουσιν. hæc & Hyria hodie Zanthe, & aliquando Hieruſalem.

Zephyriq;.G.1,371.2,330. Æ.5,33. 10,103.

Zephyris.E 5,5.G.3,322.4,305.Æ.3, 120.

Zephyro.G.1,44.2,106.cōparatio.

Zephyros.G.4,138. Æ.4 223.562.

Zephyrū. G.3,134.273. Æ. 1,135.12, 334.

Zephyrus. Æ.2,417.

Ζέφυρος a Græcis dicitur, φ vitā rebus ferat. Latini a fauendo Fauonium. Plinius lib. 6. hic eſt genitalis ſpiritus mundi a fauēdo dictus, flat ab occaſu ęquinoctiali, ver inchoans. Lucr. Nam ſimul ac, ſpecies patefacta eſt uerna diei, Et reſerata viget genitabilis aura Fauoni. Catullus, quos propter fluminis undas aura parit flores tepidi fœcunda Fauoni. adi dictionem uentus. de uentis quoq; leges non pauca apud Plinium, Victruuium, Gellium, & Marcellum. ſed & nos de eadē re libellum diligentius conſcripſimus. cui Æolia titulum fecimus.

Zonæ.G.1,233.

euoluendus pro hoc loco inter cætera Macrobii commentarius ſecundus in ſomnium Scip. huc quoq; non parum pertinere uidētur de eadem re M. Varronis verſiculi, quos in Menippeis Satyris ſeu Cynicis elegātiſſimos quidē. nec minus doctos inſeruit. is igitur in Dolio ſatyra, ut teſtis etiā eſt Probus Valerius' in Virgilii commentario ſic reliquit, Mundus domus eſt maxima omniū, Quam quinque altitonę fragmine Zonę cingunt, Quam limbus pictus bis ſex ſigni Stellicomantibus. altus in obliquo ęthere Lunæ Bigas acceperat Poſthumi, cui Seplaſia fœtet.

NICO-

NICOLAVS ERYTHRAEVS VENETVS I.C.

FRANCISCO CONTARENO M.Antonij filio amicorum optimo S. P. D.

ET Patavi, quum Iuri ciuili operam daremus, & Venetijs, vbi iam à prima ætate coniunctiſſime viuimus, quum tecum ſæpe, vt ſit illius mei conſilij rationem conferrem, quo iam annos multos, noctes, dieſque efficere contendimus, quò in promptu habeant ſtudioſi, & quibus verbis, de quacunque re dicere, aut ſcribere cogitent; id copioſe, & ornate eloqui poßint: & res ipſas, quas eloquantur, quàm prudentiſsime, & ſapientiſsime inueniant. Non modo tu quidem me de altiſsimo gradu cogitationum mearum non deieciſti: ſed egiſti mecum ita ſæpius, vt iam deſperatam tantam prouinciam cogitantem deſerere in priſtino conſilio confirmares. præſertim cum intelligeres ad eam conficiendam me iam in vniuerſos cum Græca, tum Latina lingua optimos quoſque authores locupletiſsimos indices comparaſſe. Et quia animaduertebas ad id opus, quod magnum omnino, atque arduum conamur, non modo ſummos animi, corporiſque labores afferri oportere: ſed etiam magna vi pecuniarum ad eos ſumptus incredibiles faciendos, quos vix dum inchoatus labor a nobis exigeret, opus eſſe: reuocaſti ipſe me ſæpe ad inſtitutum negocium iam perficere incipientem timere; atque abiectum animum his verbis amantiſsimis, ac honori-

honorificis ſubleuaſti. O præclaras, inquis, cogitationes tuas mi Erythræe: quibus Herculea quadam audacia orbem literarum aggreſſus & authores a tot terrificis monſtris vindicare non deſinis: & Latinam, ac Græcam linguam in eum vſum proferre contendis, qui olim medijs Athenis, mediaque Roma natis eſſet. Noli tibi tantum gloriæ inuidére: ſed in eo, quod cœpiſti, perge: cum tu omnibus ſtudioſis tantum profuturus ſis, quantum poſt homines natos alius nemo: ſi modo tuos labores non inuideris. ſequetur te tanti immortalis gloria facti. eſt enim ἡ τιμὴ θεῖον ἀγαθὸν. ne te quaſi deterreant ſumptus, qui futuri ſunt incredibiles. Euiciſti profecto, mihi crede magnam operis partem, tot fideliſſimis indicibus comparatis, ſi bene tui conſilij particeps ſum: quem ſocium, ac miniſtrum haberes, ni dolor hic pedum, atque manuum, denique totius corporis me perpetuo male haberet. Sed huiuſmodi præclaræ cogitationes, vt tuus inquit Poeta, immo noſter, non ſine Deorum numine eueniunt, itaque aderit derepente tibi Deus aliquis impro uiſus, qui tuos ſumptus tam vtiles futuros omnibus ſuſtinebit. Interea autem, vt de me tibi denuo pollicear, nihil eſt in re mea familiari, quæ ſatis tenuis ſumus, quod malim meum eſſe, quàm tuum. Quibus verbis, & alijs reuocatus opus reſumo: ad incudem redeo: magnis vigilijs, ac laboribus vrgeo: omnia aſſidua operá peruinco: editionem denique orno, non eam quidem, quam ſupra loquebamur, ſed certe authorum omnium cum Græcorum, tum Latinorum, atque in eos Indicum certiſſimorum, vt illis ita deſcriptis & facilius ad rem noſtram perficiendam vtamur: & habeant interea ſtudioſi dum libri illi noſtri maturuerint, quo leniant ipſorum, vt ais, deſiderium. Quibus fortaſſe indicibus (abſit inuidia verbo) non minori compendio ad eloquentiam perueniant, ſi modo ſtudioſe, & quadam indagatrice ſolertia, euoluant, quàm ſi commentaria noſtra ſumma (vt volumus) arte ad inueniendum digeſta, exactiſſimeque perſcripta legiſſent. Et vel hinc quid ſpei noſtrorum laborum futurum ſit, facile intelligant. A Virgilio itaque Poetarum ſummo auſpicari malui, quòd maxime in manibus omnium diuinus vates merito eſſet. Quod eò libentius feci, quòd intelligerem te huius lectione plurimum delectari. tibi igitur amicorum antiſti patricio Veneto Venetum Virgilium Poetarum facile antiſtitem Venetus ego num-

nuncupo. At quæ iſthac, inquies, aliena rei nuncupatio? Facit ſane veterum authorum caſtigata recognitio, vt, dum vulnera, quæ vel a librarijs imperitis, vel a Grammaticis audaculis acceperint, obducuntur: contractaſque per tot ſecula aſsidua imperitiorum contrectatione veluti maculas eluimus, atque detergimus: neſcio quo pacto libri iſti renaſcantur, liberique noſtri fiant, quaſi iure quodam adoptionis. Hanc igitur Poetæ παλιγγενεσίαν tibi mitto, atque ita ſtudioſis omnibus a te mitto. In qua non modo id diligenter operam dedimus, vt chartarum ratio cum noſtro Indice optime congrueret. Verum lectionem ipſam ita interpunximus, ita reſtituimus, vt ſæpe ſententiæ, quæ alioqui iacerent, quæque deprauatæ eſſent, & in maieſtatem priſtinam conſurrexerint, & genuinum nitorem receperint. Orthographiam receptiorem ſecuti ſumus. voculationes, atque apices aliquot dictionibus idoneos inſcripſimus. ſyllabarum autem licentiam, ſi quando ea Poeta vtitur (vtitur autem perſæpe) verſuum item aliquot dimenſionem paulo obſcuriorem productionis, aut correptionis notis, veluti digito, demonſtrauimus: vt quæ antea diligentiſſi. lector, idemque doctiſſi. vix animaduertere poſſet, nunc pueri, etiam rudiores nullo negocio, vel conniuentibus oculis & cernere valeant, & obſeruare. In ſcholijs vero ita verſati ſumus, vt Poetæ μίμησιν, Theocritiam ſcilicet in Bucolicis, in Georgicis Heſiodicam, Homericamque in AEneide, item Lucretianam, ac aliorum monſtraremus. Figuras τῆς λέξεως, καὶ διανοίας non præteriuimus. Artificium item rhetoricum accurate ſuis nominibus veluti coloribus diſtinximus. Semiuerſus, & verſus, eique ſinguli, bini, terni, & ſiqui plures aliquoties iterantur, vbi id fiat, fideliter indicauimus. Idem præſtitimus in locis alijs alia ratione ſimilibus, aut diſſimilibus cognoſcendis. Vocabulis recentioribus aliquot veterum aliquorum nomina, aliarumque rerum illuſtrauimus. Locis pleriſque obſcuris lucem attulimus, Nihil ab antiquis, aut recentiotibus expenſum omiſimus. Lectionis varietatem ex vetuſtorum Grammaticorum, & codicum fide aſtericis prænotauimus. Iam plura huiuſmodi commemorare prætereo, illic tamen non præterita. Sed vnum illud potiſſimum addam, ꝙ ſummi vatis artificiũ, Virgilianiq; verſus numeroſitatem, cuius ſolus Poeta hic adprime ſtudioſus fuiſſe videtur, ita quan-

quandoque expendimus, vt facile intelligamus, quàm veriſſime de eius emendatiſſimo Georgico carmine dictum ſit. Virgilio annuerunt gaudentes rure Camœnæ. Quæ in re noua præſtanda nouis etiam vocabulis opus fuit: quoniam ab ſte, cæterisque doctiſſimis veniam mihi dari poſtulo. Alliterationem enim placuit nominare, quòd e literarum alluſione conſtet, eam figuram, ſiue ornatus condimentũ, quo frequẽtiſſime Poeta vtitur, quum Lenitas, aut Aſperitas, aut Obtuſio aut exibilatio rei, de qua agitur, aptiſſima quæritur ea aũt fit (quod tu optime omniũ noſter) quoties dictiones continuatæ vel binæ, vel ternæ, vel quaternæ ab iiſdem primis literis incipiunt, vt Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena, & Stat pecus omne metu mutum, muſſantque iuuencæ. Sed quia nec inconcinna illa literarum alluſio eſt, quum ex interuallo dictionis vnius adſonat eam alliterationem ex interuallo conſueuimus appellare. At vero quum continuatæ dictiones, aut ex interuallo ſibi inuicem iiſdem ſyllabis conſonant, eum aſſultum, ſyllabarum annominationem vocamus. Verum alliterationem, quæ ternatim, vel quaternatim poſitis dictionibus, iucundius adſonat, ab ipſis literis, a quibus aſſultus ille fit artificioſiſſimus, Græce, quod fieri Latine minus feliciter poterat, nominauimus. vt ab a a a Alphaciſmus; a c c c Cappaciſmus; a d d d Deltaciſmus, atque eodem in cæteris modo. Quibus vocabulis ea tantum loca κατ' ἐξοχὴν indicauimus, vbi ter ad minus Alliteratio ipſa blandius, vt dicebam, alludat: quòd ibi aures magis intentæ ſint nam cum binatim conſonant, Alliterationis ſolo vocabulo contenti fuimus. Atque in hac ipſa re aſſerenda audacter a nobis factum non ignoras Contarene Doctiſſime. quippe qui nihil Grammaticorum ferulas veriti, quæ iſti, vt vitia vitanda, tanquàm ſcopulos præciperent: nos Iotaciſmum, Mytaciſmum, Labdaciſmum, Homœopropheron, Diſpropheron, Polyſigma, vel cuiuſlibet literæ aſſiduitatem repetitam, vt, ſale ſaxa ſonabant, caſus Caſſandra canebat. Ad ſummum artificium, atque diligentiam Maronianam referamus. Quæ itidem a nobis, ſuis tamen locis reddita, laudabile carmen noſtrum, ac Maroniano ſimile efficiant. De quibus omnibus plura etiam tecum coràm, & in eo libro, in quo perfectum Poetam inſtituendum ſuſcepimus. Hæc autem hactenus, non quò te doctiſſimum docerem, ſed vt per huiuſmodi epiſtolæ

munus,

munus huiuſce noſtræ Virgilianæ editionis, & noſtrorum ſcholiorum ſtudioſis vtcunque ratio conſtaret. Quorum etiam ſolidam gratiam, ſiqua modo conſecutura nos foret, tibi omnino deberi, & petimus, & rogamus. quo non modo conſilij huius non abijciendi hortatore vſus ſum, ſed etiam perficiendi conſiliario, & liberaliſſimo adiutore. Nos vero iam omnium fortunas ſuperaſſe videbimur, ſi ea, quæ ſecuti ſumus quæue te velle videbamus, tibi aſſecuti eſſe videamur. Omnem omnino operam dedimus, vt ſi vnquam aliàs, nunc maxime Maro noſter (quod & olim egregius ipſius admirator, ac laudator Cæſar Auguſtus promiſerat) Laudetur, vigeat placeat, relegatur, ametur. etiam, atque etiam vale, & me, vt facis, ama amore illo tuo ſingulari. Venetijs. Kalen. Martijs. M. D. XXXIX.

Digitized by Google

EORVM, quæ mente, animoq; concepimus, omnis noſtra expoſitio fit aut oratione, quæ numeris, qui Græce ῥυθμοὶ dicuntur, ita compoſita eſt, vt μέτρα ſunt, quæ & ϛοιχία Græci, Latini verſus, carmina, & modos vocant, aut ſoluta hac lege libera fertur, quam proſam vocamus, quaſi promiſſam, quòd procedentem nulla compoſitionis neceſſitas ad eandem legem retorqueat, atque conuertat. Quanquã & hæc ſuis numeris, incerta tamen lege in clauſulam decurrit. de quibus in Ciceronis indice pleniſſime diſputauimus. Rurſum, cum quid exponimus iuxta Platonis diuiſionem, aut narratione vtimur, ipſe ἁπλῆν διήγησιν, vel διάπαγγελίαν τοῦ ποιητου nominat, vel actione, vel mixto. Narratio eſt omnis orátio qua aliquid eſſe, aut non eſſe: quaque quid, ac quale ſit, vel non ſit refertur. Qualis ſunt omnes diſputationes, & hiſtoriæ ſiue rerum geſtarum, ſiue factarum. in quo genere ſola apparet authoris perſona. hunc characterem ἐξηγηματικον, id eſt narratiuum, vel expoſitiuum vocant grammatici: ſeu ἀπολογητικὸν. cuius generis exempla ſunt, vt nunquàm a Poeta noſtro diſcedamus, Virgiliana idyllia Bucolica. quorum initium eſt, Sicelides Muſæ paulò maiora canamus. & Prima ſyracoſio dignata eſt ludere verſu. & tres libri Georgicorum, & prima pars quarti vſque ad Ariſtæi fabulam. Actio autem tota eſt in imitatione, cum author ſermonem omnem in perſonas confert, a quibus res agi videntur, non narrari. quo genere ſcriptus eſt Ciceronis Cato. & Lælius: item. Tragediæ omnes, & Comœdiæ, & Virgilij poemata Bucolica. quæ incipium. Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi. Dic mihi damœta. Cur non Mopſe. Quo te Mœri pedes? Græci δραμματικον appellant. δρᾶν enim agere dicitur. vbi vero author & perſonam ſuam admiſcet, ibi genus commune, vel mixtum, Græci κοινὸν, vel μικτὸν, vel διάμφοτερον. quo genere ſcripta eſt Æneis, extrema pars quarti Georg. & poemata Bucolica, Formoſum paſtor, Prima Syracoſio. Paſtorum Muſam. nam & Poeta illic & introductæ perſonæ loquũtur. Præterea, quia eorum, quæ tractantis, tres ſunt qualitates pro qualitate negociorum, & perſonarum, ſingulis ſinguli ſui characteres ſunt adinuenti, Humilis, quo humilia tractantur, vt Bucolica, in quibus & humiles perſonæ humilibus quoque ſententijs, & comparationibus vtuntur, & verbis, vt, Atque humiles habitare caſas, & figere ceruos. In mediocri verſantur Georgici libri illi, vt Lactantius Firmianus appellat, emendatiſſimi, quia didaſcalici ſunt. vnde & illic Teſta verbum mediocris characteris eſt, & ſententiæ, figuræque omnes mediocres ſunt, quas tamen, vt ſcribit Horatius, Virgilio annuerunt gaudente rure Camænæ Grandiloquo, magnumque ſonanti diuina Æneis conſcripta eſt. quare & in ea humilitatis vitandæ cauſa Poeta ait, pendent Lychni laquearibus aureis, ſine lucernæ diceret. quanquam incidit interdum occaſio, vt Bucolico quoque carmine res paulò grauiores tractentur. Quod quia contra legem Bucolici characteris eſſet, iccirco Poetã

præ-

præfari licentiæ veniam oportuit. ait enim.

Sicelides Muſæ paulò maiora canamus. ſunt præter prædictos ſtyli dicendi quatuor, μακρὸς, id eſt copioſus, βραχυς.i.breuis μέτος.i. medius. quem & ſiccum quidam appellant. & quartus, ἀνθηρὸς.i. floridus, & amœnus. Addit inſuper Auianus apud Macrobium Satur. 5.cap.1. Maturum, & Grauem, eique contrarium Ardentem, Erectũ, & Infenſum, in quibus omnibus Maronem excelluiſſe prolatis teſtimonijs probat. quæ illic, etſi pauca, interea legiſſe contentus fueris, nihil hinc ſuper ea re diligentiam requirens noſtram: qui de hexametri Virgiliani figuris, deque eius ratione metrica potiſſimum accedimus ad ſcribendum.

De Hexametri origine, & cognominibus.

VErſus Hexameter, qui & ſenarius Latinè dicitur, ꝙ ſex habeat dimenſiones: ē ſex.n.pedibus conſtat, ijsq; olim ſpondeis omnibus. ex quo & Spondaicus μονοσχηματικὸς dicitur. Quem & Pythium ideo appellatum ferunt, ꝙ, cum Apollo Pithona ſerpẽtem Delphis in matris vltionem interfecturus arcum intenderet, accolæ primũ terrore deiecti, vel nymphæ potius, vt ſcribit Fortunatianus, eum hoc tunc primũ compoſito ex ſex ſpondeis carmine ſic animarunt, ἰη - - παιάν — ἰη - - παιάν — ἰη - - παιάν - - . deinde rei ſucceſſu læti eundem verſum concitata voce e ſex iambis inclamarunt, ἰη υ - παιὰν υ - ἰη υ - παιὰν υ - ἰη υ - παιὰν υ - iota ſcilicet in ἰη, & παι in παιὰν, eiſdem ſyllabis diuerſa ratione modo correptis. Carmen, etiam ſe mẽ doſum, & fabulam refert Atheneus. quam & Pollux attigit apud Græcos, & apud noſtros Diomedes loco corruptiſſimo, ſed & Terentianus his verſibus,

Hexametros tradit genitos duo prima vetuſtas. herous ille eſt. hũc vocat iambicum,
Nam pedibus ſenis conſtare videmus vtrunque.
Diuerſa quanquàm lex ſit ambobus pedum.
Additur hæc gemino non abſona fabula metro, (des.
Seu vera res, eſt ſpectet authorẽ fi
Cum puer infeſtis premeret Pythona ſagittis.
Apollo, Delphici ferũtur accolæ
Hortantes acuiſſe animum bellãtis, vt illos (tia,
Metus habebat, aut ꝓpinqua ado
Tendebat genimas pauidas exclamatio voces,
ἰη - - παιὰν - - ἰη - - παιὰν - - ἰη - - παιὰν - -
Spōndē īs īl lūm prī mō nā tūm nīs sēx,
ēx pār tē vō cēs cōn cĭ tūs laētī dă bānt.
ἰη υ - παιὰν υ - ἰη υ - παιὰν υ - ἰη υ - παιὰν υ -
ēt hīnc pĕdūm tŏt ōr tŭs ēſt ĭām bĭ cŭs.

Beda vero refert Pythiũ an̄ Homerũ iõ dictũ, ꝙ Apollinis Delphici oracula illo sũt metro edita. puto ego reſoluta ſpõdei altera ſyllaba ſine dãno tpis, Dactylo quoq; ſuſcepto ĩ oĩbus locis indifferẽter, ꝑter ꝗ in nouiſſimo, vñ & Dactylic⁹ appellat⁹. à quo hũc primũ oĩũ redditũ ferũt Συμφέρετε πτερὰ οἰωνοὶ ἄνθι σὲ μέλισσαι. qđ lõge an̄ factũ ē, Pherecydes Syrus ꝓsã ex verſu traxerit diſſoluto tpe Cyri regis. Dr̃ & Deliacus ab Apolline Delio. quia hoc genere carminis Phenomene Apollinis vates vaticinata ē, ἔπος quoque dicitur a conſequentia, vt Græcis placet ὅτι τὰ ἐφεξῆς τοῖς πρὸ τοῖς ἕπεται, vel a cõtextu verborũ. Herous deniq; vel Heroicus, q a geſta virorũ fortiũ, hoc ē τῶν ἡρώων

vt

vt Herculis, Achillis, Hectoris, Vlyſſis, Æneæ, & ſimilium, Homerus primus hoc carmine celebrauerit, vnde Horatius,

Res geſtę regumque, ducumque & triſtia bella

Quo ſcribi poſſent numero mōſtrauit Homerus.

Alij dicunt, quòd vetuſtiſſimus fuerit hic verſus. heroica enim veteres maxime antiqua dixerunt: nam & proprie heroicum metrū dici tradit Mallius, qđ poſt quinque dactylos ſpondeo clauditur, vt, At tuba - ◡◡ terribi - ◡◡ li ſoni - ◡◡ tu procul - ◡◡ ęre ca - ◡◡ no ro - -

Et ſane cum ex omnibus ſpondeis verſus Heroicus (vt dicebamus) primum ſit conſtitutus. huius tamen exemplum vix extat tam apud Græcos, quàm apud Latinos. At, vbi ſpōdeus reſoluta poſteriore ſyllaba, Dactylum ſine ali qua temporis iactura, æqualium partium dimenſione in ſocietatē per omnes regiones indifferenter aſſumpſit, retenta ſibi propria nouiſſima, hac lege, vt eam Dactylus nunquàm inuadat, aſſignataque eidem Dactylo proxima ira, vt eam Spondeus ipſe quàm rariſſime ineat, idque cauſa tantum veteris poſſeſſionis teſtificandæ ſuæ, ne penitus de eo loco deceſſiſſe videretur: tantum placuit tardi tas ſpōdei Dactyli celeritate temperata: vt non niſi hęc forma Dactylica ſenaria vt perfectiſſima in vſu manſerit.

De duabus, & triginta figuris Heroici.

EX hac igitur Spondei, & Dactyli legitimorum pedum per ſingulas ſedes variatione verſus Heroicus recipit figuras triginta duas. Quare tres ſunt modi, primùs modus eſt μονοσχηματικὸς. id eſt unius figuræ, cum verſus duodecim ſyllabarū exiſtens ex omni bus ſpondeis fuerit. vocaturque in de Spondaicus, qui & a quibuſdā Moloſſicus. qualis apud Maronē non reperitur. vix. n. extat apud Latinos. vt Lucretii illud in 6.

An ce - - lum no - - bis na - - tura vl - - tro cor - - ruptum - - vt errent, qui pro Virgiliano citant hūc tanquam ex omni parte Spondeis conflatum;

Aut le - - ues lan - - ces len - - to du - - cunt ar - - gento - - nam Virgilius reliquit, Aut le - - ues ocre - ◡◡ as len - - to du - - cunt ar - - gen to - -

Quem verſum Diomedes, vt exemplo aliquatenus Virgiliano vteretur (quæ fuit veterum Grammaticorum religio, vt a Virgilio ſemper ſuarum traditionum exēpla peterent) omni ex parte Spondaicū conſtituit pro ocreas, quod illic legitur, Lances repoſito. Quā quèm Diomedis, hactenus quos vidi codices, Ocreas habent inemendate. Quòd ſi auctus numero quinque ſyllabarum omnes habeat Dactylos, præter vltimum qui ſemper ſpondeus eſſe debet, vel pro Spondeo Trocheus μονοσχηματικὸς item erit, alterius figuræ. quippe Dactylicus hic dicetur, qualis eſt ille,

Sed fugit - ◡◡ intere - ◡◡ a fugit - ◡◡ irrepa - ◡◡ rabile - ◡◡ tempus - ◡ habet ita modus hic duas figuras; apteram ex Spondeis omnibus: ex quinque dactylis alteram.

Secundus modus πενταςχηματικὸς. id eſt figurarum quinque, cum verſus, qui eſt ſexdecim ſyllabarum, de quinq; pedibus vnum habet Spondeum variè per quinque regiones mutatum. vt eſt vna earum

rum ſpecies in hoc verſu;
Non equi – ∪∪ dem inuide – ∪∪ o mi – – ror magis – ∪∪ vndique – ∪∪ totis – – vel e conuerſo tredecim ſyllabarum exiſtens de quinq; pedibus vnũ habet Dactylũ promiſcue per quinq; ſedes percurrentem. & eſt vna ſpecies quinq; figurarum hæc, Cũ Iun – – no æter – – num ſet – – uans ſub – – pectore – ∪∪ vuln⁹ – ∪ ſic habet hic modus figuras decem. Quinq;, cum vnus Spondeus quatuor inter Dactylos variatur: & item quinq;, cũ vnus dactylus inter quatuor ſpõdeos.
Terti⁹ modus eſt *δικασχηματικὸς*, id eſt figurarum decem, cũ verſus ſyllabarũ quindecĩ de qnq; pedibus duos hẽt Spõdeos varie ꝑ quinq; ſedes ꝑcurrentes. vna ſpecies figurarum hęc eſt, Arma vi – ∪∪ rumq; ca – ∪∪ no Tro – – iæ qui – – primus ab – ∪∪ oris – – vel contra, cum eſt ſyllabarum quatuordecim, & de quinq; pedibus duos habet Dactylos promiſcue ꝑ quinq; regiones variatos, cuiuſmodi eſt vnius figuræ.
Multa quo – ∪∪ q; & bel – – lo paſ – – ſus dum – – conderet – ∪∪ vrbem – ∪ habet igitur his modus figuras viginti, Decem, cũ duo Spõdei inter tres Dactylos variantur. totidem, cum contra duo Dactyli inter Spõdeos tres. erunt itaq; figuræ Heroici verſus primi modi duæ, ſecundi decem, tertii viginti. atq; omnes ſimul duæ, & triginta. Quas et alia ratione tot eſſe facile colligemus: ſi computantes quot ſingula loca metri cuiuſq; pedes admittant, multiplicabimus numerum pedũ, quos ſingula priora loca recipiunt per numerum pedum, quos accipiunt loca cõſequentia hoc modo.

In Heroico primus locus duos recipit pedes Spõdeũ, & Dactylum. ſcẽdus itẽ duos. bis duo aũt fiũt quatuor. terti⁹ quoq; duo. bis aũt quatuor fiũt octo. quartus et duos. bis ẽt octo fiũt ſedecĩ & quĩtus itẽ duos. bis aũt ſedecĩ fiũt duo, & trigĩta. Quę triplex eſt oĩs Spõdei, & Dactyli variatio ĩ hoc verſu. eodẽ mõ & ĩ Iãbico, q eſt mille cẽtũ; & viginti figurarũ. Sed cũ certior aure arbiter ocul⁹ ſit, magiſq; veri oculata fide, q̃ ꝑ aures aĩs adoleſcentiũ illabat. iõ opęprętiũ fore exiſtimauimus, ſi poſt hãc narrationẽ duas, & triginta figuras Heroici verſus breui, & lõga notatas accẽtib⁹, exẽploq; Virgiliano approbatas ſubſcriberemus: quaten⁹ poſſint & aurib⁹, & oculorũ ĩſpectione adoleſcẽtes ꝑfectiſſima harũ figurarũ notitiam adipiſci. In quo et eruditis non ingratũ facturos putamus. ꝑſertim cũ de hac ipſa re locus, q ſolus apud Latinos extat, quippe doctiſſimum Grammaticorum Diomedẽ, ita breuis ſit, ita corruptus, vt vix percipi poſſit.
Oẽs Spõdei. *μονοσχηματικὸς.*
Olli – – reſpõ – – dit rex – – Alba – – i lõ – – gai – – Oẽs Dactyli ꝑter ſextũ *μονοσχηματικὸς* verſus.
Panditur – ∪∪ itere – ∪∪ a dom⁹ – ∪∪ oĩpo – ∪∪ tẽtis o – ∪∪ lympi – –
Spõde⁹ inter. 4. Dactylos variatus *πενταχηματικοὶ* verſus.
Formo – ∪∪ ſã reſo – ∪∪ nare do – ∪∪ ces Ama – ∪∪ ryllida – ∪∪ ſyluas – –
Sępe te – ∪∪ ner no – – ſtris abo – ∪∪ ui libus – ∪∪ ĩbuet – ∪∪ agnus – ∪
Non equi – ∪∪ dẽ ĩuide – ∪∪ o mi – – ror magis – ∪∪ vndiq; – ∪∪ totis – –
Protinus – ∪∪ æger a – ∪∪ go hãc eti – ∪∪ ã vix – – Tityre – ∪∪ duco – –
Cecropi – ∪∪ ũq; thy – ∪∪ mũ, & grani o – ∪∪ lẽtia – ∪∪ Centau – – rea – –

Dactylus inter quatuor Spondeos variatus πενταςχηματικοί verſus.

NEreí - ᴗᴗ dum ma - - tri, & - - Neptu - - no Æ - - geo - -
Aut le - - ues ocre - ᴗᴗ as ler - - to du - - cunt ar - - geuto - -
- - - - - ᴗᴗ - - - - - - huius figuræ nō extat exemplum apud Virgilium.
Tūne il - - le Æne - - as, quem - - Dardani - ᴗ ᴗ o An - - chiſæ - -

Duo ſpondei inter.4. Dactylos variati δεκαςχιματικοί verſus.

Hic in - - ter den - - ſas cory - ᴗᴗ los modo - ᴗᴗ nanque ge - ᴗᴗ mellos
- - - ᴗᴗ - ᴗᴗ - ᴗᴗ - - - - huiuſmodi exemplum apud Virgilium non extat.
Paſto - ᴗ ᴗ res oui - ᴗ ᴗum tene - ᴗᴗ ros de - - pellere - ᴗ ᴗ fœtus - -
Sylue - - ſtrē tenu - - i Mu - - ſam medi - ᴗᴗ taris a - ᴗᴗ vena - -
Ille me - ᴗᴗ as er - - rare bo - ᴗᴗ ues, vt - - cernis, & - ᴗᴗ ipſum - ᴗ
Cum ſoci - ᴗᴗ is, na - - toq; pe - ᴗᴗ natibus - ᴗᴗ & ma - - gnisdijs - -
Nos patri - ᴗᴗ æ fi - - nes & - - dulcia - ᴗᴗ linquimus - ᴗᴗ arua - ᴗ
Ardea - ᴗᴗ Cruſtume - ᴗᴗ riq;, & - - turrige - ᴗᴗ ræ An - - temnę - -
Sed tamen - ᴗᴗ iſte De - ᴗᴗ us quī - - ſit, da - - Tytyre - ᴗᴗ nobis - -
Nec Cly:i - ᴗᴗ O geni - ᴗᴗ tore mi - ᴗᴗ nor, nec - - fratre - - Mneſtheo - -

Duo Dactyli inter tres Spondeos variati, δεκαςχιματικοί verſus.

Saxa per - ᴗᴗ & ſcopu - ᴗᴗ los, & - - depreſ - - ſas con - - ualles - -
Sæpe ma - ᴗᴗ lū hoc no - - bis ſi - - mens non - - læua fu - ᴗiſſet - ᴗᴗ
Ænea - ᴗᴗ das ma - - gnos & - - no bile - ᴗᴗ Pallan - - teum.
- ᴗᴗ - - - ᴗᴗ - - - - -

Maronis exemplum, nō reperias.
Pallan - - tis proa - ᴗᴗ ici de - - nomine - ᴗᴗ Pallan - - teum - ᴗ
Reſpe - - xit tamen - ᴗᴗ & lon - - go poſt - - tempore - ᴗᴗ venit - ᴗ
- - - ᴗᴗ - ᴗᴗ - - - - -

haud quaq̄ Virgilij exēplū repias.
De cæ - - lo ta - - ctas memi - ᴗᴗ ni præ - - dicere - ᴗᴗ quercus - -
Pilum - - no quos - - ipſa de - ᴗᴗ cus dedit - ᴗᴗ Ory - - thyia - -
Vrbem - - quam di - - cunt Ro - - mā Meli - ᴗᴗ bœe pu - ᴗᴗ taui - -

Meminerim⁹ aūt figuras maiores dici ſi Dactyli plures fuerint: at, ſi Spōdei, minores. Sed huc Spōdaicos Virgilianos oēs adſcribamus, quò, quæ fuerit eorū condendorū Poetæ rō perdiſcamus.

Σπονδαιζοντες. i. Spōdaici, vel, vt aliq malūt, Spōdiaci sūt, quorū qntā ſedē Dactylicā Spōdeus ïſi det, deſinunt autem iſti apud Poetam aut in dictiones tetraſyllabas Chara Deûm ſoboles, magnū Iouis incremētū. E.4,49.

Ante tibi Eoæ Atlātides abſcondātur G.1,221. Cecropiumque thymum, & graue olentia Centaurea. G 4,270.
Atq; Gete, atq; Hebr⁹, atq; Actias Orythya. G.4,463.
Pilumno quos ipſa decus dedit Orythyia. 12,83.
Conſtitit: atq; oculis Phrygia agmina circumſpexit. Æ.2,68.
Armatumque auro circumſpixit Oriona. Æ.3,517.
Cornua velatarum obuertimus antenarum Æ.3,549.
Et lucus late ſacer additur Anchiſeo. 5,761.
Pallantis proaui de nomine Pallāteum. 8,54.
Æneadas magnos, & nobile Palanteum. 8,341.

Poſſe

Poſſe viam ad muros, & mænia Pallantea.9,196.
Quæſitum Æncan ad mænia Pallantea.9,241.
Dicedens, chlamidemq; auro dedit intertextam.8,167.
Necnon & ſacri monſtrat nemus Argileti.8,345.
Quales Threiciæ cum flumina Termodontis.11,659.
aut in triſyllabas, vt:
Pro molli viola, pro purpureo Narciſſo.E.5,38.
Stant & iuniperi, & caſtaneæ hirſutæ.E.7,53.
Muneribus:tibi pampineo grauidus Autumno.G.2,5.
Tunc ille Æneas,quem Dardanio Anchiſæ Æ.1,621.
Antiquum in Buten hic Dardanio Anchiſæ.9,647.
Ardea,Cruſtumeriq;, & turrigeræ Antennæ.7,631.
Caulonïſque arces,& naufragum Scyllæum.Æ.3,553.
Quod fieri ferro,liquidoue poteſt electro.8,402.
Sceptra Palatini,ſedemque petit Euandri.9,9.
Seruabat ſenior: qui Parrhaſio Euandro.11,31.
aut in monoſyllabum,
Cum patribus, populoque Penatibus,& magnis Diis.8,689.
Cum ſociis,natoq;, Penatibus,& magnis Diis.Æ.3,12.
in quibus omnibus notandum eſt Poetam ante ſpōdeum, cum in quinta ſede fuerit,Dactylum libentius collocare voluiſſe, ne tot ſimul ſyllabas longas ſtrueret.hanc enim legem in his paucis tantum contempſiſſe uidetur cum tres vltimos ſpondeos continuat, Nec Clytio ge ıitore minor, nec fratre Mneſtheo. 10,129.

aut quatuor, vt.
Saxa per,& ſcopulos, & depreſſas conualles.G.3,276.
Aut leues ocreas lento ducunt argento.7,634.
aut quinque, vt:
Nereidum matri, & Neptuno Ægęo.Æ.3,74. ſunt autem ſuprascriptorum verſuum præter hos quinto pede σπονδαιζοντας, aut Spondeis,omnibus, Dactyliſq; conſtantes monoſchematicos Spondaicos, atque Dactylicos (vt ſupra diximus) nominatos, qui etiam ſuo cognomine cenſeantur nam qui alternis Dactylis, & Spondeis componuntur,Communes, ſiue Periodici nominantur,vt:
Italiam fato profugus, Lauinaque uenit.
Saphicus eſt, qui inter duos ſpondeos quatuor habet Dactylos, vt:Æ.1,10.
Inferretque Deos Latio genus vnde Latinūm.
Antimachius eſt,qui bis poſt duos Dactylos Sondeum habet: qui & Cateoplius dicitur, vt: Æ. 4,328.
Ante fugam ſoboles ſiquis mihi paruulus aula. Qui in priore Spondeum habēt & in quarto, & in ſexto,Dactylumque in tertio partem orationis terminantem, Priapei appellantur, vt: 12,2.
Defeciſſe uidet,ſua iam promiſſa repoſc:.& Æ.3,77.
Immotamque coli dedit,& contēnere ventos.& G.3,6.
Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos?
Bucolici ſpecies tres Mallius facit,aut cum in quarto loco Dactylum ex integra parte orationis habet,vt:Nos patriæ fines,& dulcia linquimus arua. aut in

quinto, vt:
Tityre tu patulæ recubans ſub teg mine fagi, tertia ſpecies eſt, quæ duo ſpiraméta Heroici car minis habet, vt: Nil noſtri miſe rere, mori me denique cogis.
Quibus rebus Spódeo tarditas, aut Dactyli celeritas, aut vtriuſque temperatura conueniat.
Sed cum Dactylus pes ſit celer, & hilaris: Spondeus vero grauis, & tardus. videndum eſt vtro quçq; res magis ſit deſcribenda. Et Da ctyli quidem omnes, vel plures tunc verſu cogêdi ſunt, cum de ſiderii vehementiorem affectũ ſignificare volumus, vt interca lari illo, E.8,68.
Ducite ab vrbe domum mea car mina, ducite Daphnim. item il lo. E 8,21.
Incipe Mænalios mecum mea ti bia verſus. & illo bis repetitum. 7,641. & 10,163.
Pandire nunc Helicona Deæ, can tuſq; mouete. ad impetum quo que, & vehementiam maiorem rei ſeruandam hoc metro vti mur, vt 8,596.
Quadrupedante purré ſonitu qua tit vngula campum, & 11,875.
Quadrupedumque putrem curſu quatit vngula campum. ad ani mandum quoq; claſſico militũ animos. At tuba terribili ſonitu procul ære canoro. 9,503.
Item ludis certantium, vt: 5,113.
Et tuba commiſſos medio canit æquore ludos. & 5,139.
Inde vbi clara dedit ſonitũ tuba ſi nibus omnes Proſiluere ſuis. ce leritate item Dactylica opus eſt ad fugam deſcribendam, vt: 12,733.
Ni fuga ſubſidio ſubeat, fugit ocyor Euro. ſed potiſſimũ tem poris, ſicut. G.3,284.
Sed fugit interea, fugit irreparabi le tempus. & G.3,285.
Singula dum capti circumuecta mur amore, & 10,467.
Stat ſua cuiq; dies breue, & irrepa rabile tempus. & 10,468.
Omnibuſq; eſt vitæ: ſed famam extendere factis. & G.3,66.
Optima quæq; dies miſeris morta libus æui. & G.3,67.
Prima fugit ſubeunt morbi, triſtiſ que ſenectus.
Et labor, & duræ rapit inclemen tia mortis.
Et ad ortum diei exprimen dum, vt G.1,250.
Noſque vbi primus equis oriens afflauit anhælis,
Illic ſera rubens accendit lumina veſper.
Ad Occaſum diei, & ortum noctis, vt Æ.2,250.
Vertitur interea cælum, ruit Ocea no nox.
Inuoluens vmbra magna terram que polumq;. in quibus extre mis obſeruandum eſt, quemad modum tarditate Spondaica ſe quentis verſus præcedêtem Da ctili celeritatem temperauerit. Ex ſpondeis vero ſolis, vel pluri bus, quinto excepto, tunc lauda bile carmen ſtruimus, cum & mora, & colluctatio alicuius rei exprimenda eſt, vt in Tempe ſtatibus. Luctantes ventos, tem peſtateſque ſonoras Æ.1,57.
Præſertim, ſi tempeſtas a vertice ſyluis Incubuit. G.2,310.
Quid tempeſtates Autumni, & ſy dera dicam? G.1,311.
Concuſſus, ſyluæque, & ſicci ripa Tanagri. G.3,151.
Tarditati quoque, ac difficultatĩ exprimendæ, plurimum conue nit, vt ecce de fabris Vulcani. G.4,174. & 8,452.
Illi inter ſeſe multa vi brachia tol lunt. & de tauro altius terram

proſcin-

Digitized by Google

proſcindente. G.1,46.
Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere vomer. & G.1,280.
Et coniuratos cœlum reſcindere fratres.
Ter ſunt conati, īponere Pelio oſſā
Scilicet atque Oſſam frondoſum inuoluere Olympum:
Tum pater extructos diſiecit fulmine montes. & G.1,134.
Paulatim ſulcis frumenti quæreret herbam. & alibi; Et ſilicis venis abſtruſum excuderet ignē.
Languidæ præterea res, & ocioſæ hoc metro commode ennarrantur, vt: C.1,389.
Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena. & G.1,290.
Tondentur: noctis lentus non deficit humor.
Et quidam ſeros hyberni ad lumi nis ignes. & G.1,295.
Arguto cōiux ꝑcurrit pectine telas
Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem & G.1,341.
Tunc agni pingues, & tunc molliſſima vina,
Tunc ſomni dulces, denſæque in montibus vmbræ. & G.2,344.
Si non tanta quies iret frigusq; caloremque Inter E.5,24.
Non vlli paſtos illis egere diebus, Æ.2,265.
Inuadūt vrbē sōno, vinoq; ſepultā.
Ad errorē quoq;, & admirationē ſtructura hæc Spondaica maxime facere videtur, vt:
Monſtrum horrēdum, ingens: cui lumen ademptum. Æ.3,657.
Monſtrū horrendū, ingēs: cui quot ſunt corpore plumæ. Æ.4,181.
& Horendum dictu video mirabile monſtrum. Æ.3,26.
Deniq; hanc ſpondeorum frequētia decēter vtimur, cum graues perſonæ, & ætate prouectæ loquentes inducuntur. Diomedes itaq; Latinorū legato reſpōdens ait, O fortunatæ gētes Saturnia regna, Antiqui Auſonij. 11,252.
Ariſtæus ad cyrenē matrē. G.4,321.
Mater Cyrene, mater, quæ gurgitis huius.
Alijs exemplis, ne longum faciam ſuperſedeo. præſertim cū de Virgiliani carminis ſtructurā iuſtus a nobis liber conſcriptus propediē ſit exiturus. hoc tñ adiiciā, Damonē (vt ſcribit Capella) hac modulorū grauitate ebrios iuuenes, ꝑindeq; improbius petulantes perdomuiſſe. quippe q̄ tibicinē Spondeum canere iubens temulentæ perturbationis dementiā infregerit. Eſt aūt hoc genus carminis hexametri heroici, dictis molis variati, eorum, quæ dicuntur κατὰ στοῖχον, vel ἀμετάβολα. ꝙ ſequentes præcedentibus ſimiles ſint, neq; carminis ratio immutetur.

De hypermetro, & hypercatalectico verſu.

Vulgus Grāmaticorū putat, viciſſim Spōdeū ſuā ſedem Dactylo aliqū cōcedere, vt in illo, Inſerit vero ex fœtu nucis arbutus horrida. G.2,69. verū Potius dicendū eſt in huiuſmodi quoq; ſenario Heroico nō cōuenire Spōdeū vnq̄ ſexta depelli ſede quēadmodū & ī ſenario iābo euenire aiad uertimus: quē ēt ſi comici corruperit: ſextā tñ integrā iābo reſeruarunt, vt ex vltima ſaltē ꝑcuſſione verſus ſenarius Iābus ipſe vltimus feriretur. Sic igitur Senarius iſte Heroicus, qui ex Spōdeis ſolis primū conſtitutus eſt, vt oino Theſim, ac Depoſitionem ſuam ſeruaret, ad quā decenter admodum properat ꝑ celeritatē Dactylicā q̄nti pedis: nunq̄ Dactylū profluentē in loco ſtatus, ac moræ Spōdaicæ habere dēt. Sed cū ipſi metro adii-

ciatur ſyllaba in fine, vbi omnino locus Spondei ſit, etiamſi ſit Trocheus;quia ſemper pro Spōdeo accipitur, eo loco non modo carminis,ſed interdum medio dictionem terminans, atq; pedem,vt Æ.9,13.

Rumpi prioras omnes, turbataq; arripe caſtra.Æ.9,37.

Fette citi ferrum,date tela,ſcandite muros.euenit,vt, vbi re ipſa Trocheus eſſet,& adiectione alterius breuis coaleſcere Dactylum falſo putarent,inde Dactylicum nominauerint,cùm rectius Hypermeter tantum,& Hypercatalecticus diceretur. nam huiuſmodi verſus ſyllabas longiores nunquàm porriguntur: niſi ſequens verſus incipiat à vocali: vt quaſi vitium abundantis ſyllabæ Synalæphæ, aut Ecthlipſis ratio emendet, eam ad caput ſequentis verſus reuocando hoc modo:

Inſeritur vero ex fetus nucis arbutus horrida.ſequitur enim Et ſterides platani.cum igitur eliſa a ex horrida,& d ſequenti dictioni à vocali incipienti adnexa ſic:d'ĕt ſt erĭ,& hŏrrĭ Trocheus remaneat, qui, vt dicebamus, pro Spondeo accipiendus ſit:an dicemus,eam ſyllabam Dactylum pedem perficere,quam pro tempore tantum ſcriptura demonſtrat, Scanſio autem re vera tranſiliat? Quod,vt vere ſentiam, ex eo facile adducor, ꝙ animaduerto,Virgilium nō minus amaſſe Hypermetros huiuſmodi verſus producere addita ſyllaba finali Spondeo,vel in eadem dictione,vel per Encleticā frequentius Que.quę ita faciat παλιμβάκχιον – ᴗᴗ cuius tamen nemo Grammaticorum hactenus meminerit, quàmuis apud Græcos interdum loco Dactyli poneretur, vt.Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem; Aut foliis vndam.G.1,295.

Clamore incendunt cœlum Troeſque,Latiniq;.

Aduolat Æneas.10,895.erit igitur omnino adiectio hæc quædam ſyllabica ſcriptura, & lectione Hypermetrica: tempore vero,& ſcanſione nulla,quia per Synalœphen, aut Ecthlipſin (vt diximus)abijciatur. atq; ita, vt par eſt,ſedes vltima Spondeo inuiolata permanebit. Quod ſiquis illud ſexti obijciat:Bis patriæ cecidere manus, qn protinus oīa. nouerit Omnia per Synizeſim ad Spondaicam dimenſionem redigi,quaſi Omna protuleris.vt item illud,ſi ita legeris;Præferimus manibus vittas, ac verba precantia.7,237. & illud;Canicies inculta iacet: ſtant lumina flammea. 6,300. vt in aliis non paucis,de quibus,vbi de Synizeſi abunde agimus.at illud.

Cæumq;,Iaperumq; creat ſæuumque Typhōĕă. ſynalœpha tueri poteſt: ſequitur enim Et coniuratos.G 1,279.

Sed & reliquos Hypermetros, qui pauci ſunt, in gratiam ſtudioſorum addamus.

Si non tanta iret frigusq;,caloremque Inter.G.2,344.

Nauigiis pinos,domibus,cedroſq; cupſſoſq;.Hinc radios. G.2,443.

Omne adeo genus in terris hominumque,ferarumque,Et genus æquoreum.G.3,242.

Iactemur,doceas, ignari, hoīūq; locorumq; Erramus. Æ.1,336.

Ærea cui gradibus ſurgebāt līna, nexæque Ære trabes. Æ.1,452.

Quem non incuſaui amens hominumque,Deorumque?

Aut quid.Æ.2,745.

Omnia

Omnia longæuo ſimilis, vocemq; coloremq;, Et crines flauos. Æ. 4,558.9,650.

Et magnos membrorum artus, magna oſſa,lacertoſque Exuit. 5,422.

Robora nauigiis aptant, remoſq; rudenteſque Exigui numero. 5,753.

Quos ſuper atra ſilex iamiam lapſura,cadentique

Imminet aſſimilis.6,602.quanquã in hoc poſtremo ſunt, qui ſine Que ſcribant Cadenti.

Iamq; iter emenſi,turres, ac tecta Latinorum Ardua cernebant. 7,160.

Se iatis ambobus Teucris venire, Latiniſque.

Hæc vbi dicta dedit.7,470.

Ecce furens animis aderat Tirinthius, omnẽq; Acceſsũ luſtrãs. 8,228, citatur falſo a Beda,mox à Nicolao Peroto hoc tanquàm Virgilianum Hypercatalecticũ At tubam terribilem ſonitũ Procul excitat horrida. & fortaſſe pro iſto ex Georgicis verſu 61. Inſeritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida.nã Virgilii omnino eſt

At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro.9,503.

De Anapæſto, & Proceluſmatico nothis Heroici pedibus, & de verſibus acephalis.

Notandum eſt præter Spondeum, & Dactylum legitimos pedes in hexametro heroico nothũ Anapeſtum ẽt admitti qñq; ſolere, & Proceluſmaticum frequẽtius pro Dactylo,in quẽ ipſe ſine iactura aliqua tpis reſolui põt.ꝙ tantũdẽ tpis inſumatur in duabus breuibus efferendis,quantũ in vna lõga. A quibus pedibus, cũ verſus incipiunt, Mutili, vel Trunci appellantur,ꝙ in principio,vt inquit Diomedes,amputantur,& literam, vel ſyllabam amittunt, vel ſyllaba deficiunt. Græce dicuntur ἀκέφαλοι, quaſi capite diminuti, vt cum Poeta ſemel ab Anapæſto ita ex arte cæpit.

Fluuiorũ Rex Eridanus. G.1,483. & a Proceleuſmatico toties.

Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.G.1,398.

Tenuis vbi argilla, & dumoſis calculus aruis.G.2,180.

Parietibusq; premũt arctis,& quatuor addunt.G.4.297.

Genua labant, vaſtos quatit æger anhelitas artus.5,432.

Parietibus textum cæcis iter ancipitemq;.5,589.

Abietibus iuuenes patriis,& montibus æquos.6,674.

Arietat in portas, & duros obiice poſtes.11,890.

Genua labant: gelidus concreuit frigore ſanguis.12,905.

Quem pedem ẽt aliis regionibus variauit,vt in ſecunda:

Hærent parietibus ſcalæ, poſteſq; ſub ipſos.Æ.2,442.

In quinta: Tityre paſcentes a flumine reice capellas.E.3,96.

Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres.G.2,121.

Necquiquàm in tectis certatim tenuia cera.G.4,38.

Ædificant:ſectaq; intexunt abiete coſtas.Æ.2,16.

Tranſtra per, & temos & pictas abiete puppes.5,663.

Aduerſi longa tranſuerberat abiete coſtas.11,667.

Cuſtodes ſufferre valẽt, labat ariete crebro.Æ.2,492.

Hæ ſacris ſedes epulis: hic ariete cæſo.7,175.

Mænia:quiq; imos pulſabant ariete muros.12,706.

Quanq̃ in his oĩbus,vt ſentit Terẽ

nius, & Probus, poſſunt eſſe Dactyli, vbi i, & u ſunt conſonantes. vt exempli cauſa abiete, & Genua la, vt nimirum ſit, in hac licentia quàm ſolerter Virgiliana diligentia ſibi ſynalæphes, aut Synæreſis excuſationem reſeruauerit, aut Poſitionis, ſecũdum Probum

De Tribarcho, Iãbo, & Trocheo nothis Heroici pedibus, deque verſibus ĩde Hiulcis appellatis.

Tribrachus quoq;, qui & Brachiſyllabus, & Choreus pro Dactylo vſurpatur. itemq; iãbus, qui & Daunius, & Gradari⁹ pro Spõdeo. idq; perpetuo, cum eorũ prima breuis locis imparibus inuenitur, hoc eſt, Cæſuræ, in quæ loca non niſi longa cadere poteſt. Quod ſi ea forte natura breuis ſit, hac figura pro longa accipiatur: quia terminat dictionem: ex quo detrimẽtũ vnius tpis reſumere vr̃, & qa ad inchoandũ pedẽ aliqua cũ mora ſumitur. Verũ quia ſyllaba oĩno natura breuis ſit, ĩde verſus Exiles. vel Hiulci, vel Elũbes a noſtris dicuntur. Græce vocantur λαγαροι.

Sunt autem huius licentiæ apud Poetam exempla hæc: Tribrachus pro Dactylo cum figura.

.R.

Nõ Iro-um obruimũr o-iturque miſerrima cædes. Æ. 2, 411.

Oſſi terua darũr operum haud ignara Mineruæ. 5, 284.

.S.

Pleiadãs, Hyadãs, claramq; Lycaonis Arcton. G. 1, 138

Inualidũs, e-iamq; tremens, atq; inſcius æui. G 3, 189.

Et clarũs ethemon Lycia comitatur ab alta. 10 126.

Pectoribũs inhians ſpirantia conſulit exta. Æ. 4. 64

Si pereo manibũs hominum periſſe iuuabit. Æ. 3, 606.

Ille latus niueum molli fultũs hiacintho. E. 6, 53.

Graius homo infectos linquẽs profugũs Himenæos. 10, 720. quanquàm ſunt, qui poſtremis verſibus H vim habere literæ ſentiãt.

.T

Nuſquàm amittebant, oculoſq; ſub aſtra tenebat. 5, 853.

Suſtinet, & natæ, Turniq; canĩt Himenæos. 7, 398. huiuſmodi etiam erunt, in quibus producitur Que, vt:

Tribulaque, traheæque & iniquo pondere raſtri. G. 1, 164.

Lappæquẽ, tribuliq;, interq; nitẽtia culta. G. 1, 153. 3, 385.

Altusq;, pluuialeſq;, & agentes frigora ventos G 1, 352.

Creteſquẽ, Driopeſq; fremunt, pictique Agathyrſi. Æ. 4, 146.

Alcandrumq;, Haliumq; Nemonaquẽ, Pritanique. 9, 767.

Euriquẽ, Zephiriq; tonat domus. G. 1, 371.

Fonteſquẽ, fluuioſq; voco. 12, 181.

Iambus quoque cum figura pro Spondeo.

Terraſquẽ tractuſque maris, cœlumque profundum. E. 4, 51. G. 4, 222.

Drymoquẽ, Xanthoque, Ligeaq;, Phyllodoceq;. G. 4, 336.

Liminaquẽ, lauruſque Dei, totuſquẽ moueri. Æ. 3, 91.

In quibus omnibus Quæ producitur non poſitione, quia ſequens dictio a duabus incipiat conſonantibus, aut a duplici, aut ab L litera, quæ apud Græcos in eadem tamen dictione præcedentem vocalem longam facit: ſed quia pedem incipiat, & quia in locis Cæſuræ eſt, Trithemimeris ſcilicet & Euneamimeris. vt cui inclinata dictioni recumberet, ab eadem quaſi abſciſſa

ſylla-

ſyllaba ſcãſione remaneat: ſicut infraſcriptis exemplis, quæq; a ſuis dictionibus iſtę.

Dona dehinc auro grauia, ſectoq; elephanto.Æ.3,464.

.R.

Deſine plura puēr, & quod nunc inſtat agamus. E.9, 66.

Omnia vincit amōr,& nos cedam' amori.E.10,69.

Altius ingreditūr, ēt mollia crura reponit.G.3,76.

Æquus uterq; labōr,ãeq; iuuenēq; magiſtri.G.3,118.

Nam duo ſunt genera, hic meliōr inſignis,& ore. G 4,92.

Luct' vbiq; pauōr, & plurima mortis imago.Æ.2,369.

Oſtentans artem pariter,arcumq; ſonantem.5,521.

Et furiis agitatus amōr,ēt conſcia virtus.10,872.

Congredior,fer ſacra patēr,ēt cõcipe fœdus.12,13.

Conſilium ipſe patēr,ēt magna incepto Latinus.11,469

.S.

Muneribus: tibi pãpineo grauidūs Aūtumno.G.2,5.

Vi propria nituntur opis haud indiga noſtræ.G.2,428.

Atq; Ephyre,atq; Opīs, ãtque Aſiā, Deiopeia.G 4,343.

Nõ te nulliūs ēxercēt numinis iræ. G.4,453.

Atq; Gete,atq; Hebrūs,atq; Actias Orithya.G.4,463.

Per terram,&verſa puluīs inſcribitur haſta.Æ.1,482.

Et direpta domum, ēt parui caſus Iuli.Æ.2,563.

Emicat Eurialūs, ēt munere lætus amici.5,337.

Terga fatigamūs hãſta.9,610.

Multa manu: nec non animus aurumq; Latino.12,23.

.T.

Tityrus hinc aberãt ĭpſæ te Tityre pinus.E.1,39.

Verſibus ille facĭt ãut ſi non poſſumus omnes.E.7,23.

Pergama cum peterēt,ĭncōceſſoſq; hymenęos.Æ.1,655.

At tibi Tymbre capūt Euandrius abſtulit enſis.

Trochæus itē pro Spondeo medijs,his verſibus collocatur,ſi legeris.

Rumpe moras amnes,turbataque arripe caſtra.Æ.9,13.

Ferte citi ferrum,date tela,ſcandite muros. Æ.9,37.

Dum trepidant: it hãſta Tago per tempus vtrunq;.9,418.

vbi bāra trochæus, quia & pedem terminat,& dictionem, ponitur pro Spondeo. tēlã vero quia etiã χάσμα claudit.licet quidam minus hanc figuram agnoſcentes, ita legãt:Rumpe moras omnes. turbata arripe caſtra.

Ferte citi ferrum, date tela, & ſcandite muros, de quibus lege Indicem,ver.tela, & it ſuo loco.

Sed & uitiari Dactylum, & Creticum fieri Terētianus author eſt, eo Virgilii verſu Pōnĭtē: ſpes ſibi quiſque.11,309.nam Ponite, vt ille ait, eſt Creticus,quia ſequitur s cum p mutata. & uocali longa i dictio ſpes.cuius ſentētiæ non accedimus; vt in Indice diſputauimus.

De Symphoneſi, Synecphoneſi, Syniezeſi, Synæreſi,& Epiſynalœphe.

Συμφώνησις,q̃ & Συνεκφώνησις,& συνίζησις dicit̃, fit, cũ duæ vocales in ea-

eadem dictione, nulla intercedente conſonante pro vna acci piũtur,& vel breuis,& longa pro vna longa.
Cauſeaſq; refert volucres, furtũq; Promethei. E.6,42.
Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.Æ.1,45.
Arma rogo genitrix nato te filia Nerei. 8,383.
Cum pedes incedit medij per maxima Nerei. 10,764.
Orphei Calliopea. Lino formoſus Apollo. E.4,57.
Inferias Orphei Lethea papauera mittens. G. 4,545.
Inferias Orphei mittit:lucũq; reuiſit.G.4,553.
Aut vt mutatos Terei narrauerit artus. E.6,78.
Atrides Protei Menelaus ad vſque columnas.11,262.
Iam validã Ilionei nauem, iã fortis Achatę.Æ.1,124.
Talibus Ilionei dictus dictis defixa Latinus.7,249.
Ilionei monitu,& multum lachrymantis Iuli.9,501.
Idomenei, Libycous habitãtes littore Locros.11,265.
Centum ęrei claudũt vectes,æternaq; ferri.7,609.
Ferreiq; Eumenidũ thalami, & diſcordia demens. 6,280.
Pectora: nec miſero clypei mora profuit ærei. 12,541.
Luctus Ariſtæi, vitreiſq; ſedilibus omnes.G.4,350.
Atria: depẽdẽt lychni laquearibus aureis.Æ.1,730.
Dat Solo villis oneroſum, atq; vnguibus aureis.5,352.
Pellis obit totum præfulgẽs vnguibus aureis.8,553.
Vulcanum alloquitur; thalamoque hæc coniugis aureo. 8, 372.
Hic finis fandi. ſolio tũ Iuppiter aureo.10,116.
Deturbat.laxatq; foros:ſimul accipit aluęo 6,412.
Aſſuetæ ripis volucres, & fluminis alueo.Æ.7,33.
Cum refluit campis: & iam ſe condidit alueo.9,32.
Nec Clytio genitore minor,ne frãtrẽ Mneſtheo.10,129.
Sergeſto Mneſtheoq;:Gian ſuperare morantem.5,184.
Rege ſub Euriſthẽo fatis Iunonis iniquæ.8,292.
Seu lento fuerint aluẽaria vimine texta. G.4,34.
Vna,ẽadẽq; uia ſanguis animuſq; ſequuntur.10,487.
Vno,eodemq; igni:ſic noſtro Daphnis amore.E.8,81.
Vno, ẽodẽq;tulit partu; paribuſq; reuinxit 12,847.
vel duę breues pro vna longa.
Nec tantum Rhodope miratur & Iſmarus Orphea. E.6,30.
Cœumq;, Iapetumque creat, ſæuumque Typhoeã.G.1,279.
Bis patriæ cecidere manus:qui protinus omnia.6,33.
item illa, vt quidam legunt.
Præferimus manibus vittas,& verba precantia. 7,237.
Canicies inculta iacet: ſtant lumina flammẽa 6,300.
vel longa & breuis,pro longa.
Fixit ãeripedem ceruam, aut Erimãthi.6,802. vbi alij Synereſim faciunt alij Epiſynalœphem, vt Probus Æripedem cõiunctis ſyllabis legentes. Per eandẽ quoque figuram Deinde ſemper biſſyllabum eſt, cuius plurimus vſus apud Poetam. item Proinde.vt 11,383.400.item Deinceps. vt apud Horatium.
Redde age,quæ deinceps riſiſti præmia.
ſimiliter Dehinc in monoſyllabũ coit.vt: Æ.1,260. 6,678. 9,480. alias.

aliàs.enim biſſyllabum,vt G. 3, 167.Æ.3,464.5,722.8,337. 12, 87. in Deeſt quoq;.10,378.& Deerit. 7,262.& Deerũt G.2,233. & Dee rauerat.E.7,7.duo ee in ſcaſione coguntur.

Cui,& Huic ſemper monoſyllaba inueniuntur apud Maronem exemplis per ſe obuiis ſuperſedeo.apud aliquos etiam biſſyllaba ſunt,vel in compoſitione.

Albinus hiſtoriarum Romanorum I. Ille cui cernis capitolia celſa triumphis.

Manilius lib.4.Sic erit & ſordes fugienda,petenda cuiq;:idem eodem.Vnicuiq; vices, ſanxitque omnia ſumma.

Statius in ſyluis.Lætus huic domo videas dare iure nepotes.

Ruffus Feſtus. Finis huic Gades. ſeptenaq; gurgite vaſto.

Terentianus de pedibus. Eſt hu-υ ic ad--uerſus-υ ille , -υ qui du-υ as lon--gas ha-υ bet.υ

Namq; hu-υ ic ad--uerſus-υibit --qui tri-υ bus lon--gis pa -υ tet.υ

eſt.enim carmen Trochaicũ,quod locis imparibus Trocheum ſuſcipit: locis autem paribus ẽt Spõdeum,ut uidetis.

Notandum etiam apud Terentianum Cui diſſyllabum ambas corripere, ſic Cuiq; uerſus ſunt Terẽtiani de literis. quos etiam Priſcianus citat.

Vĕrum ĭſr cŭĭ:quĕ ĕſt prŏxĭmĭ: tās lŏ. cĭ ſŏ niuĕ & Ex ŏrdĭnĕ: fŭlgĕus cŭĭ:dam lŏ:cūm sĭ:nŏ pēs. Sunt. enim carmina Sotadea,quę conſtant è duobus Ionicis a maiori --υυ:--υυ: & tribus Trochæis -υ: -υ: -υ cõſtat autem Ionicus à maiori Spõdeo-- & Pyrrhichio υυ.hinc eſt, quod Probus inquit.Datiuus interdum ex duabus breuibus,vt:

Ĕt cŭĭ putre ſolum. G.2,204. interdum ex breui,& longa,vt:

Nunc locus aruorum ingeniis,quę robora cuiq;.G.2,177. in Synalęphen longam.

Sed.n.cur priore exẽplo magis ſentiat ille Ĕt cŭĭ Dactylum eſſe, quàm Spondeum , non uideo. vbi notandum eſt eum Synalœphen vocare,quàm nos diximus Synephoneſim. Terẽtianus item de eodem.

Cui brĕuis manebit,atq;longa fiet addita, Cuī ſŭper non digna dixit hyemis, & Solis mala Dixit, & cuī tum fauos pes hinc mihī pprimus ſat eſt. Sic. enim uel prima lõga,uel prior fit ſyllaba. Dactylus nam cuī ſŭpĕr-υυ cuī tūm--ſequẽs Spondeus eſt. Conſonans quia poſt ſecuta tẽpus adiuit breue.

& paulo poſt,

Nanq, ſi Cu. præferatur , ſyllabæ fient duæ.

Tertia his ꝙ implicari nulla uocalis poteſt,

Syllabas ſed pes habebit quatuor totas breues,

Cuilibet tamen,Dactylus eſt.

Horatius Cuilibet argilla quiduis imitabitur u da.

Heu,& Hei diphthongi ſunt, & ſicut Neu , & Ceu . nam quod Heu,ut quidam tradunt,monoſyllabum pro diſſyllabo inueniatur,ut eſt:

E heu qua m pingui macer eſt mihi taurus in aruo. E.3,100.ſane fit aſſumptione alterius e, ut uidemus. Ei monoſyllabum eſt apud Lucretium Scilicet & fluuius, qui uiſus maximus eī eſt. ſic & in compoſitione.Manilius in.3.

Multiplicans deciesq; abiectis inſuper eiſdem . ubi tamen iiſdem legi poteſt. at Eidem triſyllabũ

fecit

fecit Iuuenalis Saty. 5.

Ite viam pergunt, & eidem incumbere ſectæ.

Iidem, & Iiſdem biſſyllaba ſunt, ſicut Dij, & Dijs monoſſyllaba poetica. oratores. n. Dei & Deis. legitur tamē & Diſſyllabū, priore regulariter correpta, vt apud Ouidium.

Si nemo eſt omneſq; Dij non poſſe fatentur. & apud Carulum de Æmilio.

Non, ita me Dij ament, quicquam referre putaui. huiuſmodi quoque fuerint apud Maronē tuguri, Pataui, Lyci, Mezenti, Cluſi, peculij, oci, Lauini ſi tugurij Pataaii, Lycii, Mezētij, Cluſii, peculii, ocii, Lauinii, ſcribant, & p ſynizeſim duo ii pro uno accipiantur.

Similiter compoſita à ſemi, ſequente vocali, i amittunt in ſcanſione, vt ſemianimis, ſemihominis ſemiuſta. vnde quidā malunt ſemuſta ſcribere.

V quoq; poſt S ſequēte uocali in eadem ſyllaba amittit uim literæ, vt lingna, aqua, tinguo, ſuada, ſuetus cum compoſitis. quandoq; tamen fit vocalis, vt apud Horatium.

Cum mihi non tantum fureſq;, feræq; ſuetæ. & ſtatim immo agite, & poſitis quæ uox inopina ſuaſit.

De Synalœphe, & Ecthlipſi.

Synalœphe fit in metro, cum dictio deſinit in vocalem, & ſequens item incipit à vocali. tūc enim ubique fere finalis vocalis lubrica quadam leniq; colliſione eliditur, vt:

Atq; e a diuerſa penitus dum parte geruntur. uel ſic, vt Græci ſcribūt Atqu' e a diuerſa. excluſa vocali, & accentu pro vocale, quæ deeſt, notato, quem ἀπόστροφον illi vocant. hæc a nonnulis & Synæreſis Græce: Latine tum colliſio, tum ademptio, tum extruſio vocatur, & æque fortaſſe recte exploſio. ipſam autem vocaliū contuſionem, quam & concentſum a re ipſa uocare poſſumus, Cicero hiatum appellat: & vocales ipſas hiare. fit autem Synalœphe his modis; interdum enim breuis in breuem cadit vt. Obſedēre a li i telis anguſta uiarum. Æ. 1, 332. interdum breuis in longam, vt: Tænarius etiam fauces, altā hoſti a Ditis. G. 4, 467.

interdum longa in breuem, vt: Nūnc i o: et in tutū uerſis Aquilonibus actam. Æ. 1, 395.

interdum longa in longam, vt: Progeniem ſed enim Troiāno ā ſanguine duci. Æ. 1, 23.

interdum diphthongus in ſimplicē longam:

Dardanidæ e muris. 10, 263.

aliquando breuis in diphthongum, vt:

Arua neq; Auſon i æ ſemper. Æ. 3, 496.

interdum diphthongus in diphthongum.

Ecthlipſis uero, fit cum dictio in m literam deſinit, quæcunq; præcedēte vocali: & item ſequēs incipit a uocali. ibi. n. bona pars ſyllabæ. i. vocalis cum conſonante litera m difficili, ac dura quadam (quod ait Donatus) Colliſione extruditur, vel excidit poti', vt: Multum ille & terris iactatus, & alro vel ſic Mult' ille et terris. Quam ſcripturā in Tragicis, Comiciſue a pleriq; ſeruari uidemus. aut etiam integra ſyllaba; cum vocalem abiiciēdam nulla præcedit conſonās, vt: Omnibus exhauſtes iam caſibus ōmn' um egenos. Æ. 1, 603.

fere

eadit autem hæc Ecthlipſis (quod
primi animaduerrimus) ſemper
ferè in longam poſitione, vt:

Illum ēxpirantem transfixo pecto
re flammas. Æ.1,48.

Illum etiam labentem. 5,181.

Pōſtquam īntrogreſſi, & coram da
ta copia fandi. Æ.1,524.11,248.
ſed & illa Lucretiana, & anti-
quorum Synalæphe, aut Ecthli-
pſis obſeruāda eſt, cum ēt ſcribē
do non prior, ſed ſequens uoca-
lis abiicitur, aut etiam m cū ſe-
quente vocali. Lucretius. in 1.

Si non materies. quia rebus reddi-
ta certa'ſt. & li.2. Finitu'ſt: retro
que pari ratione remenſu'ſt. pro
Finitum eſt, & Remenſum eſt.
quod in pleriſq; idem poeta fa-
cit. Quin & apud Virgilium ali-
quod antiquis codicibus legi-
tur.

Tum contra Iuno: terrorū, & frau-
dis abund'ſt. pro abunde eſt.
Porrò apud veteres m termina-
lis, etiam ſequente conſonante,
ſola pro ſibilo excludebatur e
verſu, vt hic Lucretianus ex li.2.
docet. Lanigerę pecudes, &
equōrum duellica bella. quēad-
modum & ſ Soleret. vt apud eun
dem li.1. Vſq; adeo largos hau-
ſtus e fōntibus magnis & apud
Ennium.

Pādite ſūltis genas, & corde relin-
quite ſomnum.

Fuit &, cum illis primis tēporibus
non ſemper ſyllaba ex vocali, &
m compacta deturbaretur e uer
ſu, vt apud Ennium citante Pri-
ſciano. Inſignita forent tam mil
lia militum octo. & Lucretius
libro 1.

Cōrporum officiu'ſt: quoniam po-
nere omnia deorſum. Cōr-
porum augebit numerum ſum-
mamq; ſequetur. Quod utiq; fie
bat, cum vocalis præcedens cor-
ripéretur.

Sunt præterea ex eruditis, qui per
Ecthlipſim s cum ſua ſua vocali
excludi autumant his verſibus
ita ſcriptis. Limina tectorum, ēt
mēdijs īn penētralibus hoſtē.
Æ.2,508.

vbi abiicitur is. niſi legas medium
pro medijs. ſed opinor Virgi-
lium in hoc ſecutum Lucre-
tium. ait enim ille. li.2. eſt ēleui
bus, ātq. rotundis. Adnixa vola
re. &

Inter ſe coiiſſe viros, etiam dēcer
nere ferro. 12,709. vbi Seruius
ait ſynalœpha opus eſſe, ex-
cluſo os. appellat autem ſynalœ
phen, quam nos, & alij Ecthlip-
ſim. Seneca tamen legit Cerne-
re nulla Ecthlipſi. & illo, vbi
extruditur us: Aut ouiūm fœ-
tus aūt ūrētes culta capellas. G.
2,196.

Quanquam, quibus hæc Ecthlipſis
non ſatisfacit, Fœtus ouiū agno
ſcunt, tranſpoſitis dictionibus.

Sed illa quidem durior Ecthlipſis,
quam vel docti homines admit
tant. Æ.2,778.

Eueniūt nec tē comitēm, hīnc aſ-
portatione Creuſam. vbi as ſub-
trahēda per ſcāſionē, niſi immu-
taueris, hinc comitē. Sciēdū aūt
eſt Dactyliū uerſum Synalæphē,
& Ecthlipſim vbiq; poſſe recipe
re. i. nō modo ſingulis in pedibus
eorūq; p̄cipue cōciſionibus, hoc
eſt ipſis pedū inter ſe cōplicatio-
nibus: ſed ēt ſyllabis, excepta pri
ma: vbi p̲manet omnino vocalis
prior, neque loco tradit, vt apud
Tibullū li.2. elegia 4. (neq;. n. Virgi
lii extat huiuſmodi.) O ēgō ne
poſſē tales ſētire dolores. & Oui
diū in Penelope, ō ūtinā tūc, cū
Lacedęmona claſſe petebat re-
ſolideſcit numer9 ipſe quadā ēt
cū dignitāte, vt īfra docebimus.

Hiant

Hiant igitur vocales reliquis ſyllabis omnibus præter hanc, atque ita hiant, vt Collico admittatur ſemper ferè. Hoc autē ideo dicimus, quod non vbiq; colliſiones ipſæ fiunt neceſſitate carminis, vt inferius videbimus, ſed ad ipſum ſuſtentandum complodant vocales neceſſe eſt. Ex hiatu autem quoq; iſto, vbi fit Colliſio, numerus quidē ipſe ſolidior fit, cum quadam audientium iucūditate. præſertim ſi eædem concurrunt vocales, ut ecce in ſecūda ſyllaba primi pedis. Oci a agunt terra; congeſtaq; robora to tas. G.3,377.

Ipſa ãutem, ſeu corticibus tibi ſuta cauatis. G.4,33.

Arua ali ena iugo pmere: atq; auertere prædas. 10,78.

Nãnq; erit ille mihi ſemper Deus. E.1,7.

Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala. E.2,51.

Saepe etiam effoſſis (ſi vera eſt fama) latebris. G.4,42.

Ille ego: qui quondam. Æ.1,1.

Quid, ſi idem Phœbū certet ſuperare canendo. E.5,9.

Ipſi in defoſſis ſpecubus. G.3,376.

Ergo omnis lōgo ſoluit ſe Teucria luctu. Æ.2,26.

Mecū vna in ſyluis imitabere Pana canendo. E.2,31. in quibus ſentiunt iudicioſæ aures vocaliorē numerum fieri ex ipſo earundem vocalium hiatu. quem hiatum etiam adiuuant idem elementum de proximo præſertim in principio dictionis, vel dictionum adſonans, vt:

Phyllida amo ante alias. E.3,78.

at cum diuerſæ hiant vocales, ſolideſcit ipſe quidem numerus non tamen tanta cum voluptate audientium. vt:

Ipſe vbi tempus erit. E.3,97.

Credo equidem. Æ.4,12.

Cuncta equidem tibi Rex. Æ.2,77.

Ergo alacros ſyluas. E.5,58.

Tantum inter denſas. E.2,3.

Idem amor exitium eſt pecori. E.3,101.

Sed iam afferamus reliquorum exempla pedum, atq; locorum in quibus hiatus ipſe deinceps fit maiore ſemper cum vocalitate.

Hiatus in tertia ſyllaba primi pedis.

Paſcite, ut ante boues pueri ſubmittite tauros. E.1,46.

Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnim. E.8,68.

Hiatus in ſecundo pede, & ſyllabis tertiis quartis, & quintis. verſus.

Quàm noſtro illius labatur pectore. E 1,64.

Inflatū heſterno uenas, vt ſemper Iaccho. E.7,15.

Non equidem inuideo. E.1,11.

Tum caſia, atq; aliis intexēs ſuauibus herbis. E.2,49.

His certe neq; amor cã eſt. E.3,102.

Hiatus in tertio pede, & 5,6,8, ſyllaba uerſus.

Tu credo cum me robuſtū uidere Myconis. E.3,10.

Et nobis Alcimedō duo pocula fecit. E.3,44.

At mihi ſeſe offert vltro meꝰ ignis Amyntas. E.3,66.

Ille Deūm uitam accipiet. E.4,15.

Florentem cythiſum, & ſalices carpetit amaras. E.1,79.

Protinus æger ago. hanc etiã & vix Tityre duco. E.1,13.

Nunc uirides etiam occulta ſpineta lacertos. E.2,9.

Alia, ſerpyllumq; herbas contūdit olentes.

Hiatus in.4. pede, & ſyllaba 7,8,9,10,11, verſus.

Et uos o lauri carpam, & te proxima myrte. E.2,54.

Verum id quod multo tuto ipſe fa tebere maius. E.3,35.
Hinc tibi,quæ ſemper uicino ab li mire ſæpes.E.1,54.
Fagina cœlatum diuini opus Alcinedontis.E.3,37.
Narciſſum, & florem iungit bene olenrhis anethi.E.2,48.
Fatiferumq; enſem, loricamq; ex ęre rigentem.8,621.
Quid facerē?neq; ſeruitio me exire licebat. E.1,41.
Hiatus in quinto pede, & ſyllaba. 11.12,13.& 14.uerſus.
Quin tu aliquid ſaltē potius,quorum indiget uſus.E.2,71.
Id quidem ago: & tacitus Lycida mecum ipſe voluto.E.9,37.
Aut acres uenabor apros. non me ulla uetabunt.E.10,56.
Vndi homines nari durum genus, ergo age terræ.G.1,63.
Hędorumq; gregem uiridi compel lere hibiſco. E.2,30.
Teq; adeo decus hoc æui,te cōſule,inibit.E.4,11.
Omnia fert ætas,animum quoq;. ſæpe ego longos.E.9,51.
Hiatus in, 6. pede,ac ſyllaba uerſus.14.15.16.
Frigida Daphni boues ad flumina: nulla,neque amnem.E.5,25.
Vimineaſq; trahit crates,iuuat arua neq; illum. G.1,95.
Semiputata tibi frōdoſa vitis in vl mo eſt.E.2,70.
Reſtituant. adeo à teneris aſſueſce re multum.eſt.G.2,272.
Hiatus in finali hypermetri cū in ſequenti verſus.i.ſyllaba. 14.15. 16.17.
Et ſpumas miſcent argenti,viuaq; ſulphura Ideaſque pices . G. 3,449.
Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem:Aut foliis undā. G.1,295.
Iamque iter emēſi turres, ac tecta Latinorum Ardua cernebant.7, 160.
Quem non incuſaui amens homi numq;,Deorumq;? Aut quid in euerſa.Æ.2,745.
Subſtiterat: ſubito erumpunt clamore: frementeſq; Exhortantur equos.11.609.
Omnia longæuo ſimilis vocemq; coloremq;, Et crines albos.9, 650.
Omnia Mercurio ſimilis,uocemq; coloremq;, Et crines flauos.Æ. 4,558.
&reliqua Hypercatalectica metra,quæ ſupra coegimus.in quibus ſemper hiatus hic fit cū exploſione.cū contra iuſtis in uerſibus ipſa ſine detractione uocalis Comploſio ubique exaudiatur.
Atq ,ut conuerſus earundem uocalium magis delectat, quā diuerſarum, nam &ſi fiar ubi alterius exploſio,accedit tamen inde aliqua numero uocalitas auribus non ingrata:ſic mirum eſt, quàm frequenter per cōcurſum primæ uocalis omnibus in pedibus maximus aurium ſubblanditor Virgilius dignitatem quandam, ac magnitudine ſuis numeris acceſſiuerit:præſertim,cū idem clemētum A de proximo loco hiatum ipſum utrunq; adſonando adiuuet,ut:
Porta aduerſa ingens,ſolidoq;adamante columnæ.6,552.
Arua aliena iugo p̄mere?atq;auertere prædas.10,78.
Phyllida amo ante aliàs.E.3.78.
In nemora alta uocans. nec tu aſpernata uocantem. G.3,393.
Nos Troia antiqua.Æ.1,379.
Atq; ea diuerſa penitus dum parte geruntur.Æ.9,1.
Conſtiterant.ſylua alta Iouis, locuſq; Dianæ.Æ.3,681.

At

At in.4.&.5.pede quoties fit (fit autem frequentius, vt obſeruauimus) tunc maxime uerſus ipſe ſuo cum numero aſſurgit, quadam etiam cum magnitudine, ac dignitate, vt:

Tondentur cythiſi: tædas ſylua alta miniſtrat.G.2,431.

Ductoreſq; ipſos primum capita alta ferentes.Æ.1,193.

Aurataſq; trabes, veterum decora alta parentum. Æ.2,448.

Porticibus longis fugit: & vacua atria luſtrat. Æ.2,128.

Relliquias colerem, & Priami tecta alta manerent.Æ.4,343.

Iam medium: necdum fluctus latera ardua tinxit. Æ.3,668.

Atreos fratres cœlo capita alta ferentes. Æ.3,678.

Siue animis,ſiue arte uales,opta ardua pennis.12,892.

Androgeos offert nobis ſocia agmina credens.Æ.2,371.

Omnes cælicolas,omnes ſupera alta tenentes.6.787.

Rupibus excidũt, ſcenis decora alta futuris. Æ.1,433.

Eundem ſonorem, quantum maxime potuit,auxit, cum in 4.pede monoſyllabum adhibuit, cũ quo fit hiatus: & a fine ſequẽtis dictionis aſſultum eiuſdem vocalis A reddidit,vt:

Et dulces animas plena ad pſepia reddunt. G.3,495.

Et circa regem,atq; ipſa ad prætoria denſæ.

Imparibus ductos alta ad donaria currus.G 3,533.

At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones.Æ.2,225.

Vltro Aſiã magno Pelopeia ad mœnia bello.Æ.1,193.

Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia vento.Æ.2,758.

Sæpe in honore Deũm medio ſtans hoſtia ad aram. G.3.486.

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho.6,836.

Non equidem omnino capta, aut deſerta uiderer.Æ.4,330.

Sed & Maro eiuſdem vocalis maxime ſonoræ aſſulta vocalitate atq; decorum ſuis numeris comparauit nec minus fortaſſe,quãuis fiat diuerſarum vocaliũ cõcurſus. nã quantum ea re vocalitate deperit ipſa, tantundem ſanè eſt eo reponitur: q hic vocalis A, Synalœphen excipit, vna plus adſonat (e verſu enim non truditur quàm ſuperioribus uerſiculis, vbi cadit in *Synalœphen*.

Seu uos Heſperiam magnam. Saturniaq; arua.Æ.1,573.

Deſertæ Cereris, iuxtaq; antiqua cupreſſus.Æ.2,714.

Incubuit: Scythiæq; hyemes,atq; arida deſert.G.3,197.

Suſcepitq; ignem foliis: atq; arida circum. Æ.1,179.

Ipſe uiro primus manicas, atq; arcta leuari.Æ.2,146.

Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; aſtra.6,725.

Incumbens aræ, atq; vmbra complexa Penates.Æ.2,514.

Accipiunt ſocios,atq; agmina conſcia iungunt.Æ.2,267.

Ardentes clypeos, atq; æra micantia cerno. Æ.3,734.

Errabãt acti fatis maria omnia circum.Æ.1,36.

Troes te miſeri uentis maria omnia uecti.Æ.1,528.

Iliaci cineres, & flamma extrema meorum.Æ.2,431.

Nox operit terras: quoties aſtra ignea ſurgunt.Æ.4,352.

Egregia interea coniux arma omnia tectis.6,523.

Verum ſonoritati quoq; ſi quis inficias iret,ſatis non eſſe factum hac parte, it clamor ad alta Atria.

Atria. Æ.4,665. obtuſiore quidē aure fuerit. ſatisfecit. n. profectò multis rationibus toto eo loco, in quo clamor, & vlulatus fœmineus deſcribitur: ſed eius potiſſimum uocalis A ſonoritate ſapius accerſita. quippe nō quinquies tantum hic continuis fere ſyllabis ſibi inuicem adſonat ſed integris etiam duobus verſibus bis ſepties repetita, maxima cum ſonoritate exauditur, vt:

Spumantē ſparſaſq; manus. it clamor alta ad Atria. cōcuſsā bacchatur fama per vrbem.

Vocalium autem frequens concurſus a diligētiſſimo vate tunc adhiberi ſolet, cum eiuſmodi res fuerit, vt hiatu quodam orationis ad eam exprimendam opus ſit quod Spōdiacis ipſis numeris pondus adiicit, vt:

Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen adēptum eſt. Æ.3,658.

Porta aduerſa, ingēs, ſolidoq; adamanthe columnæ. 6,552.

Bina dabo argēto perfecta, atq; aſpera ſignis. 9,263.

Tela īter media, atq; horrētes Marte Latinos. 10,237.

Conuerſiq; oculos inter ſe, atq; ora tenebant. 11,121.

Quod idem præſtat Dactylicis numeris.

Ecce autē ſubitum, atq; oculis uideo mirabile monſtrū. Æ.8,81.

Arua aliena iugo pmere, atq; auertere prædas. 10,78.

Qui verſus ſinguli terna vocaliū concurſione mirifice aſſurgunt. at hic multo magis quaterna.

Promiſſam eripui gēnero atq; arma impia ſumpſi. 12,31.

Suo quoq; hiatum bonam partē ſonoritatis debēt Spondaici iſti numrei.

Monſtrum horrendum, ingens cui quot ſunt corpore plumæ. Æ.4,181.

Horrēdum, & dictu video mirabile monſtrum. Æ.3,26.

In faciē Æneæ (viſu mirabile monſtrum). 10,637.

Olli ſomnum ingēs rupit pauor, oſſaq; & artus. 7.458.

Tum demum horriſono ſtridētes cardine ſacrę. 6,537.

Aſpectans ſyluam immēſam, & ſic ore profatur. 6,186.

Et magnos mēbrorum artus, magna oſſa, lacertoſq;. 5,422.

Vlmus opaca, ingēs, quā ſedē ſomnia vulgo. 6,283.

Tectum auguſtum, ingēs cētū ſublime columnis. 7,170.

& Dactylicus iſte: O patria, o diuûm.

Domus Ilium, & inclyta bello. Æ. 1,241.

& iſti Spondeo, & Dactylo temperati.

Inſontē infando indicio, quia bella vetabat. Æ.2,84.

Lapſa cadunt folia: aut ad terram gurgite ab alto. 6,310.

De Cmploſione vocalium.

At qui non ſemper, vbi concurrūt, hiātq; uocales, extruditur è uerſu altera: ſed permanet, nec loco cedit. Idq; cū fit, ꝙ è reſultu ipſo geminetur ſonus, rectius comploſionē vocamus. nā Boatū, ſunt è literatoribus, qui vocauerint. Hæc Comploſio etiam ſi Pōtano non uideatur cur à Latinis magnopere ſit probāda, niſi ꝙ Græcam habeat imitatiōnē, ſolaq; uarietate deflectet, ac raritate. Crebro tñ Poeta ſuos numeros, ſuorūq; cō cētinē ſuauitatē ſecut⁹. hoc veluti adimēto Cō-

ploſionis auribus ſatisfecit. quā vt ſuo,accommodatoq; loco ac verbis idoneis venuſtam reddamus,& ſuauē: Virgiliana quotquot memoria,ſuggereret,exēmpla colligemus. atque in primis ea,in quibus vocales finales natura longæ, aut diphthongi,ſequente vocali, non modo non colliditur, ſed ſuam etiam obtinent longitudinem:quia in locis Caſuræ primam Spondei, aut Dactyli tenent, vt: Æ.

Clamaſsēt:vt littus Hyla, Hyla omne ſonaret.E.6,44.

E. Quid fruit? aut qua ſpē i'ni'mica in gente moratur? Æ. 4, 235.

I. Et ſuccus pecorī,'ēt lac ſubducitur agnis.E.3,6.

Munera ſunt lauri, ēt ſuaue rubēs hyacinthus. E.3,63.

Stant & Iunipeiī,ēt caſtaneæ hirſutę.E.7,53.

Vt vidi,vt periī, ūt me malus abſtulit error.E 8,41.

Illum etiam laurī, ēti'am fleuere myricæ. E.10,13.

Ter sūt conati imponere Pēli'ō'Oſſæ. G.1,281.

Arcebis auido pecori,ārmentaque paſces.G. 3,155.

Nērei'dū matrī,ēt Neptunō Ægæo. Æ.3,74.

Hanc ſine me ſpem ferre tuī.āudētior illo.9,291.

Extremo cōmiſſa ducī Ænēi'ā puppis.10,156.

O. Amphion Dyrcæus in Actæō Ara'cyntho.E.2,24.

Flumina amē, ſyluaſq; in glorius. ō u'bi campi G.2,486.

Glāucō,ēt Pānŏpēæ,ēt ī nō ō Mēli'cērtiæ. G.1,438.

Poſthabita coluiſſe Samō.hīc illius arma.Æ.1,20.

Tu ne illi Æneas?quem Dardaniō Anchiſæ Æ.1,621.

Nereidū matri,ēt Neptuno Ægæo. Æ.3,74.

Nauticus exoritur vario hō rtamine clamor.Æ.3,128.

Si pereō hominum manibus periiſſe iuuabit.Æ.3,606.

Euolat infelix:& fœmineō,ū'lu'latu.9,477.

Antiquum,in Buten hic Dardaniō Anchiſæ. 9,647.

Incluſum buxō,āut Oricia terebintho. 10,136.

Mœonia generoſe domō ū'bi' pinguia culta.10,141.

Æ. Ante tibi Foæ Atlantides abſcondantur.G.1,221.

Stant & iuniberī,ēt caſtaneę hīrſutæ.E.7,53.

Vlla moram fecere: neque Aoniæ Aga'nippæ. E.10,12.

Ardua,Cruſtumeriq;, & turrigeræ Antemnæ.7,631.

E quamuis correpta producitur ratione Cæſuræ.

Me ſinitē;āuferte metus: ego fędera faxo.12,316.

Age vero,vt meminerimus, Maroniana itē huc loca congeramus vbi uocales finales itidē per naturam longæ, aut ēt Diphthongi,ſequēte vocali, non ſolū non colliduntur, ſed etiam corripiūtur,ꝙ ſecundam,aut extremam Dactyli occupant.

Clamaſsēt:vt littus Hylā,Hi'la'omne ſonaret.E.6,44.

Et longum formoſe valē,va'lē, inquit Iola.E.3,79.

Nomen, & arma locum ſeruārit, tē āmice nequiui.6,507.

Credimus?ān qui' ā'mant ipſi ſibi ſomnia fingunt E.8,108.

Te Corydōn ō Alexi trahit ſua quēque voluptas. E.2,65.

Ter ſunt conati imponere Pēli'ō Oſſam.G.1,281.

Victor apud trepidum Simoenta ſub I'lī'ō alto.5,261.

Glau-

Glauco, ēt Pānōpēæ, e: Inō ō Melī certæ. G. 1, 438.

Implerunt montes: flerunt Rhodopēīaē arces. G. 4, 461.

Inſulae Ionio in magno. Æ. 3, 211.

Idem fit etiam in mediis diſtinctionibus.

Nec tota tamen ille prior præeunte carina. 5, 186.

Stipitibus duris agitur, ſudibūſūe præuſtis. 7. 524.

A vero correpta breuis remanet, Et vera inceſſu patuit Deā. ille vbi matrem. Æ. 1. 409.

Verùm hiatus ille creber atq; Cōploſio, quæ fit, cum inſequenti verſu, qui Hypermeter non ſit, quoniā in eam minus aures intētæ ſunt propter id temporis interuallū, ac pauſam, quę intercedere uidetur, dum ad aliū nos verſum, aliunq; contextum conuertimus: ex quo etiam ad hūc hiatum nihil pertineat Synalœphe: non utiq; ea ita, exauditur, ideoq; non tanta fit ex tali complosione numerorum vocalitas quanta ex ſuperiore, vbi eodem contextu concurrentes vocales magis quid ſonorum complodunt. affert tamen hiatus hic p̄cipuā auribus voluptatē, ſuamque numeris dignitatem, cum aſſultus ille hinc verſum inchoātis, illinc terminantis eiuſdem vocalis ſuam quoque vocalitatem accumulat. cuius rei inſtar habent inſequentes verſus.

Talem duces arat Capua, & vicino Veſeuo Ora iugo. G 2, 224.

Traxit, & in multo lapſantem ſanguine nati: Implicuitq; comam dextra. Æ. 2, 551.

Qua greſſum extuleram, repeto: & ueſtigia recto Obſeruata ſequor per noctem. Æ. 2, 753.

Obſeruata ſequar per noctem. Æ. 2, 753.

Vndiq; conuenere animis, opibuſque parati, In quaſcunq; uelim pelago deducere terras. Æ. 2, 799.

-claſſemq; ſub ipſa Antandro. Æ. 3, 5.

-ipſe Deū manifeſto in lumine uidi Intrantem muros Æ. 4, 358.

-it clamor ad alta Atria. Æ. 4, 665.

-monamq; ſerena Aurorū Phaetōtis equi in luce vehebat. 5, 104.

Famaq; finitimos, & clari nomen Aceſtæ Extiterat. 5, 106.

In medio ſacri tripodis, uirideſq; coronę, Et palmę pretium uictoribus. 5, 110.

Ferre manū; duroq; intendere brachia tergo. Obſtupere animi. 5, 403.

Epytides longe dedit: inſonuitque flagello.

Olli diſcurrere pares. 5, 579.

At procul in ſola ſecretæ Troades acta.

Amiſſum Anchiſen flebant. 5, 613.

De comploſione earundem ſyllabarum ſecus quā Seruius Fabius Quintil. & alij.

Honoratus Grammaticus. G. 2, 13. -glauca canentia fronde ſalicta ſane Cacephatō, inquit, eſt glauca canētia idem Æ. 2, 27. -iuuat itē, & Dorica caſtra. mala eſt, inquit, cōpoſitio ab ea ſyllaba incipere, qua ſuperior finitus eſt ſermo. pam plerunq; & cacephatō facit, vt hoc loco. Sed & Quītilianus cuius viri authoritas me magis monet, vidēdum præcipi, ne ſyllaba uerbi prioris vltima ſit prima ſequentis. Sed. n. nō poſſum ego non vehemēter mirari Fabi, ūq; in primis Se uī, vſque adeo in interpretanda Virgiliana uirtute, ac diligentia uerſare, concurſum earundem ſyllabarum genus quoddam com-

p'oſionis Maronianæ Muſæ auribus iucundiſſimum, veſtras aures ita ingrate ferire, vt hãc malam compoſitionem eſſe dixeritis. qua toties nõ inſuauiter Poeta lectoris blanditur auribus, atque ipſo earundẽ ſyllabarũ concurſu: quia tuas præcipue, bone Serui, lædebat aures. ait enim ipſe alibi.

Et Danaûm ſolitæ naues, & Achaica caſtra. Æ.2,462.

Nec Simois tibi, nec Xanthus nec Dorica caſtra. 6,88.

vt igitur concurſu ipſe vocaliũ delectat propter Complosionẽ earũdẽ literarum, ſic etiam ac fortaſſis non multo minus earũdẽ ſyllabarum cum ex ipſa cõplosione fiat magna vocalitati acceſſio: per quam metrum Heroicum, hoc eſt, Generoſum, maxima cum venuſtate aſſurgit atq; decoro. Cuius fidem faciũt etiã inſequentes uerſus. Ipſa ſatis tellus. G.2,423.

Huic à ſtirpe pedes. G.1,171.

-ſiliqua quaſſante legumen. G. 1,74.

-ad ſydera raptim. G.2,427.

-ruit Oceano nox. Æ.2,250.

Fama malum. Æ.4,174.

-teq; querelis. Æ.4,360.

-neq; te teneo. Æ.4,380.

-aduerſo Sole colore. Æ.4,701.

-cerno te tendere contra. 5,27.

Quas ego te terras. 6,692.

Stupea flamma manu. 8,694.

-date tela. 9,37.

Quin & verſus pleriq; alii quam familiarem eſſe hanc complosionem Maroni produ͂t, qui vbi ſcripti ſint, numerales ſuos quæque notæ breuitatis cauſa indicabunt. complodunt.

am. am. Æ.4,681.

at at. Æ.1,93.12,332.

ea ca. G.2,13. Æ.2,27.462. 3,203. 6, 88.

cæ ce. 8,340.

ctæ te. G.1,248.

cum con. 7,61.11,117.

de de. 5,467.

di di. 6,488.

ge ge. 10,843.

gne ne. 10,11.12,630.

id id. Æ.2,49.

il il. E.8,103.9,377.

it it. Æ.7,7.

la la. Æ.2,211.6,103.10,626.

li li. 7,187.

ma ma. 7,128.8,220.10,510.557.11, 453.505.12,317.

mo mo. G.4,310.

na na. 6,860.

ne ne. 5,149.7,596.8,305.

no no. 8,338.

or or. Æ.3,128.11,819.

que qui. E.8,23.

ra ra. 7,135.11,651.

re re. G.2,29.282.3,527. Æ.1,145.2, 545.607.704. 3,249.364. 4,350.5, 150. 222.470. 6,267.530.718. 7, 436.8,216.689. 9,290. 10,288.11, 313.437.12,12.148.630.802.

ſa ſa. 5,517.7,406.11,858.12,319.651. 856.

ſce ſe. G.3,96.

ſe ſe. 5,870.7,328.416.12,301.306. 389.

ſit ſi. E.8,108. Æ.10,31. 11,834.

ſu ſu. Æ.2,303.

ſus ſur. 11,832.

ſte re. Æ.4,90.9,488.

ta ta. Æ.2,76.3,278.612.5,53.186.10, 483.

te te. Æ.2,533.3,388.601.5,27.71. 6, 3.692.8,75.

tra tra. 10,339.

tum ton. G.4,137.

tunt tum. G.4,187.

ve; ve. 8,301.

vl vl. 5,317.

Verum & vltima deſinentis uerſus ſyllaba cõcurrit, conſonatq; cum prima inſequentis, vt:

-paſ-

-paſſimq; in littore ſicco Corpora curuamus. Æ.3,510.

Quatuor hic primum nigrãtes terga iuuencos Conſtituit. 6,243.

Arma parent:& quæ ſit rebus cauſa nouandis. Diſſimulent. Æ.4, 291.

-& regnis exul ademptis.

Is genus indocile.8,321.

Huc delecta virûm ſortiti corpora furtim.

Includunt cæco lateri. Æ.2, 18.

-in armis Iſq; ubi. Æ.3,595.

-mixti Sicani. Niſus. 5,293.

-clamor. Horrantur ſocii. Æ. 3, 128.

-ſub ſydera lapſæ. Senecam. Æ. 3, 243.

-per aera lapſæ. Sedibus optatis. 6, 202.

-tum talia fatur. Turne. 11,501.

De Cæſuris Heroici verſus.

MAnſiones, quas alii Cæſuras, alij Inciſa, uel Inciſiones, alij Conciſiones, nõnulli ſectiones quidam Articulos Latine vocãt Græce κόμματα, vel τόμους in verſu Heroico rite ſeruare debem⁹, quod iis verſus maxime probari ſoleant, qui inter dimetiẽdum inueniuntur ita complicatis inter ſe pedibus, inuicemq; conſertis, vt pes pedi ſit tanquam catena vinctus. Complicationes autem iſtæ Heroici, quæ per vnius ſyllabæ reſiduum obſeruãtur, ſunt quatuor. Quæ Græce nomen habent a numero ſyllabarum Trithemimeres, Penthemimeres. Ephthemimeres, Enneamimeres: quod earum loci ſint ſyllabis imparilibus, tertiis, quintis ſeptimis, & nonis. Quarum omnium vnus hic probabilis verſus exemplum præbebit.

Ille latus niueũ molli fultus hyacintho. E.6,53.

Trithemimeres igitur ſit cum poſt primum pedẽ ſyllaba relinquitur, dictionem terminans, & metrum inc piens. vt Ille la - ∪ ∪ tus nam tus ſyllaba abſciſa remanet a dictione latus: quæ dictionem finit, & ſimul eſt principiũ pedis. & quoniam tenet de tribus dimidium. nam vnum, & ſemis bis quinq; conſtituunt Trithemimeres nominatur. Latine nomen non habet, niſi Semiternariam placeat appellare. ergo in tertia ſyllaba ſit, vt docuimus & ſi quarta eſſe uideatur. nam in metris dimetiendis duas correptas pro una lõga accipimus. Spõdaicus. n. vers⁹ licet diuerſi ſit generis: tamen, qui proprie Heroicus dicitur cõſtat Spondeis ſex, qui ſex conficiunt metra. vnde ἑξάμετρος dicitur, conſtatq; ſyllabis. 12. quos cogunt ſinguli Spõdei binarum longas. qui verſus, vt ſupra diximus, uix inuenitur apud Latinos. Poſtea quàm Spõdei in ſede ſua Dactylos propter tẽporum paritatẽ, reſoluta poſteriore ſyllaba lõga in duas breues recipere inſtituerunt.

Penthemimeres, ſit cum poſt duos primos pedes ſyllaba remanet dictionem finiens.

Ille la - ∪ ∪ tus niue - ∪ ∪ um. ecce um ſyllaba remanet abſciſa à dictione, niueum & ſimul finit dictionem, & eſt principium pedis. quæ quia tenet de quinq; dimidium, nam duo, & ſemis, bis quinque conſtituunt. Penthemimeres appellatur. quo nomine & ipſi duo pedes cum ſyllaba ſignificantur. Latine Semiquinaria dicitur.

Ephthemimeres ſit cum poſt tres primos pedes ſyllaba ſimiliter

relinquitur, dictionem terminans. vt: Ille ſa – ⏑ ⏑ tus niue -⏑ ⏑ um mol – – li. ecce li remanet abſciſa a dictione molli, & ſimul finit dictionem, & eſt principium pedis. & quoniã habet de ſeptem dimidium, ſeptẽ conſtituunt. Ephthemimeres à Græcis nominatur; a noſtris ſeptenaria. pedesque ipſi cum ſyllaba eodem nomine appellantur.

Enneamimeres fit, cum poſt primos quatuor pedes ſyllaba ſimiliter remanet dictionem claudens. vt: Ille la -⏑ ⏑ tus niue -⏑ ⏑ um mol – – li ful – – tus. ecce tus remanet abſciſa à dictione fultus, & ſimum facit dictionẽ, & eſt principium pedis. & quia habes de nouem dimidium, nouem conſtituunt. Enneamimeres nominatur.

Harum autem uirtus eſt, vt hic uidemus, ſyllabam breuem ſemp producere. tus enim natura breuis longa fit, quia Enneamimeres eſt. veluti etiam in hoc. Muneribus. tibi pãpineo grauidũs Autumno. G. 2, 5.

ſimiliter fit in Trithemimeri. Inualidũs etiãmq; tremens, atq; inſcius æui. G. 3, 189.

In Penthemimeri.

Verſibus ille facit ãut ſi non poſſumus omnes. E. 7, 23.

Omnia vincit amõr, ẽt nos cedamus amori. E. 10, 69.

In ephthemimere. Et furiis agitatus amõr, ẽt conſcia uirtus. 10, 862.

Nam duo ſunt genera, hic meliõr inſignis & ore. C. 4, 92.

& item alia ſingularum Cæſuratũ exempla non pauca. quæ omnia in eum locum coniecimus, vbi de admiſſione Tribrachi, & Iambi cum figura locuti ſumus.

Monomimerin igitur ſiquis ſuperioribus primam adiecerit, forte non errauerit, quæ tunc fiat, cum verſus incipit ab O, a liãue vocali, quæ partem orationis includat, & ſequẽs dictio incipiat a uocali, neq; ob id tamen Synalœphe locus ſit. nam eadem longa manet, quia, veluti Cæſura quidam, finit dictionem, pedemq; incipit, vt apud Tibullum lib. 2. eleg. 4. O ego ne poſſim tales ſentire dolores. & apud Ouidium in Penelope. O vtinam tunc cũ Lacedæmona claſſe petebat. id qđ & in medio verſus apud Maronem fit. G. 2, 487.

Flumina amẽ, ſyluaſq; inglorius. o ubi campi cum tamẽ alioqui vocalis ante alteram uocalem, quæ ſit ſecunda, aut tertia Dactyli apud Poetam perpetuo breuis ſit. vt: Te Corydon o Alexi. E. 2, 65.

Et longum formoſe valẽ uale, inquit Iola. E. 3, 79.

Inſulæ Ionio in magno. Æ. 3, 211.

Quòd ſi dictio monoſyllaba deſinat in vocalem, aut in m, colliſionem non vitabimus. vt:

Si ad vitulam ſpectes, nihil eſt, ꝙ pocula laudes. E. 3, 48.

& apud Catullum ad Ianuam.

Qui ipſe ſui inxerit in gremium & apud eundem.

Qui illius culpa. cecidit veluti prati. item apud eundem. Nam vnguẽtũ dabo meæ puellæ. & apud Horatium.

Nam ut. ferula cędes meritum maiora ſubire.

Endecamimeres uero quinta procul dubio addi poſſe uidetur, cũ ſex pedes quinq; oĩno habere interruptiones. ea igitur erit, cum poſt quinq, pedes ſyllaba remanet dictionem claudens: q̃ ſextum

tum pedem incipiat. Quod eueniet, quoties verſus in vnũ deſinit monoſyllabum. quales ſunt apud Virgilium non pauci. vt:

Sternitur – ∪ ∪ exani – ∪ ∪ miſque tre – ∪ ∪ mens pro –– cumbit hu – ∪ ∪ mi bos. – – 5,481. nam mi quis non uideat abſciſam reſtare a dictioni humi,ſimulq; finire dictionem. & pedem incipere finalem? Quæ ſimiliter, quia undecim diuidit, Hẽdecamimeres appellabitur. atq; in Cæſurę iſtæ per reſiduũ vnius ſyllabæ pedes connectunt,complicantq; inter ſe maximo cum decoro uerſus, numerorumq; gratia. Cæterum Terentianus,Diomedes,aliique illuſtres Grãmatici Cæſuras tñ quatuor duobus ĩ locis agnouerunt, videlicet primam Pẽthemimerem, atq; eodem loco ſecũdã κατὰ τρίτον τροχαῖον, tertiã Ephthemimeren. & ibidem quartã Tetrapodiam Bucolicam. Primam, & tertiã ſuperius expoſuimus. reliquas duas hoc loco explicabimus.

Trochaica igitur Cæſura fit, cum poſt duos primos pedes tertius in fine dictionis Trochæus reſtare uidetur, qui pedem incipiat, Dactylum. ſ. nam alium non poteſt, ut in hoc.

Formoſã reſonãre, ecce nãre Trochæus eſt, abſciſus à dictione reſonare. vnde Trochaica cæſura appellatur, & ſimiliter qui a poſt duos pedes fit, Catatriton Trochæon.

Temporalia uero Cæſura erit, cũ Ephthemimeres, quæ ſyllaba, ut diximus, poſt primos tres pedes inuenitur, dictionem ſecãs, duabus additis breuibus dictionem terminantibus, Dactylũ conſtituũt. Qui pes, quia qua artus eſt, & peculiaris Bucolici carminis fecit, vt hæc Cæſura Tetrapodia & Bucolica appelletur. vt: E. 3, 1.

Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Melibœi? Nõ uerſũ Ægonis. nũper mihi tradidit Agon. ecce enim iũm, & per ſyllabæ remanent præciſæ a cuium, & nuper. quæ ſyllabæ longæ initium faciunt Dactyli: quem abſoluũt duæ ſequentes breues integram dictionem finiẽtes, pecus, & mihi. apparet itaq; hanc eſſe Cæſuram. quam Tetrapodiam Bucolicam Diomedes nominat. nam dictionẽ ſecat, vt immerito eũ reprehendat Aldus, hanc non agnoſcẽs. Quòd ſi ipſe eam qualitatẽ Bucolici carminis, in qua dictio non ſecatur, nomine etiã Tetrapodię cenſeri velit, non repugno: ꝙ omnino in ea ſeruaſ, vt pes itidem quartus ſit Dactylus, ſimiliter dictionem terminans, uel ex integra dictione abſciſus, vt ad conſequendum nomen Cenſuræ id fortaſſe ſatis eſſet, vt; E. 5, 6.

Siue antro potius ſuccedimus. vel ex integra dictione conflatus. E. 1, 3.

Nos patriæ fines, & dũlci a. vel ex integris dictionibus, quarum altera ſit monoſyllaba neceſſe. eſt: E. 9, 1.

Quò te Mœri pedes? an quõ uia?

Id quod diligenter a Theocrito eſt obſeruatum; vt nullus ferè apud illum ſit uerſus, in quo non ſit Dactylus in quarta ſede dictionem finiens. a Virgilio non æque.

De quo genere carminis ita Seruius.

Carmẽ autem Bucolicum debet quarto pede terminare partem orationis, qui per ſi ſit Dactylus, meliorem efficit uerſum, vt:

Nos patriæ fines & dulcia linqui mus arua.

Primus etiam pes ſecũdum Donatũ, & Dactylus eſſe debet, & terminare partem orationis. Quã legem Theocritus vehementer obſeruat: Virgilius non adeo. ille.n. paucis uerſibus ab iſta ratione deuiauit. hic etiam in paucis ſecutus. hæc Seruius Terẽtianus vero de hoc ipſo metro ſic inquit.

Paſtorale volet cũ quis componere carmen,

Tetrametrum abſoluat, cui portio detrimentum,

Quæ ſolido a verbo poterit connectere verſum.

Bucolicon ſi quidem talem voluere vocari.

Plurimus hoc pollet Siculę telluris alumnus.

Ne Græcũ immittam uerſum mutare Latinum.

Dulce tibi Pan ſubmurmurat, en tibi paſtor Proxima fonticulis, & tu quoq; dulcia pangis.

Iug.ter hanc legem totõ prope carmine ſeruat.

Noſter rarus paſtor Maro, ſed tamen inquit:

Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Mœlibei?

Non, verum, Ægonis. nuper mihi tradidit Ægon.

In tragicis iunxere choris hũnc diſerti Annæus Seneca, & Pompõnius ante Secundus.

Tale dedit nobis Pompõnius.

Pendeat ex humeris dulcis chelys.

Et numeros edat varios, quibus

Adſonet omne virens nemus,

Et tortis errans qui flexibus. Quibus in verſibus uides quarto loco Dactylum oĩbus modis, quos attigi, partem orationis finire.

Hanc peculiarem Bucolici carminis qualitatem Priſcianus de xii. carminibus Paſſionem quãdam appellat. Sunt p̃terea, inquit Diomedes, Terẽtianum innues, qui quartum Trochęum in hac cęſu collocant: & Catatetraton Trochæon appellant. ut eſt: Quę pax longa remiſerat arma, nouare parabant. Qui verſus ab eodem Terentiano confictus eſt, quia talẽ non poterat inuenire alienum. Subiicit idẽ Diomedes, Alij uero Spondæum. vt eſt. Æ. 2, 2.

Inde toro pater Æneas ſic orſus ab alto.

ſed magis quadraſſet, opinor exẽplum ex Bucolico ludicro, in Cęſura quam vult eſſe Bucolicam E. 5, 23.

Atq; Deos, atq; aſtra vocant crudelia mater.

Etſi ea nihilominus in quocunq; hexametro Heroico recte fiat. Neceſſe eſt autem, vel vnam vel duas cæſuras in verſu inueniri, vt notat Priſcianus, hoc eſt, Penthemimerem, & Ephthemimerem: quoniam leuiorem ſolent hę verſum rhythmũ perficere: & e contrario omiſſæ duriorem. vt verſus, qui ex prædictis nullã habeat, Heroicus non dicatur. non q nuſquam. ſed rariſſime inueniatur. nã illi Virgilii tales ſunt Arma uiros': ſed caſtra fouere: huc turbidus, atque huc. Æ. 9, 57. &

Magnanimi Iouis ingratum aſcendere cubile. 12, 144. in quos nulla ſpecies ex proxime prædictis incidit: ſolam.n. Trithemimerẽ habent. at vero in iſtis nulla omnino quarumcunq; dictarũ. Arcades o mihi tum quã molliter oſſa quieſcant. E. 10, 33.

Scilicet omnibus eſt labor impendendus, & omnes. G. 2, 61.

Et bibit humorem: &, cum vult, ex ſe ipſa remittat. G. 2, 218.

Tres

Digitized by Google

Tres vero cęſuras (de penthemimeri autem & Ephthemimere, ac Trochaica intelligunt) rariſſime inueniri in eodem verſu idem Priſcianus, & alii tradiderunt. nam ſi Semiquinariam habet, Trochaicam raro habere poteſt.

Formantur autem hæ Cæſuræ figuris tribus ſimplici, compoſita, & cōiuncta. Simplex eſt, cum vna tantum inciſio inuenitur in metro. vt Panditur – ◡◡ intere – ◡◡ a domus – ◡◡ omnipo – ◡◡ tentis o – ◡ ◡ lympi – – ā domus enim Penthemimeres comma. Compoſita, cum duæ. vt: Æ. 1, 563. Talibus – ◡◡ Ilio – ◡◡ neus cun – – cti ſimul – ◡◡ ore fre – ◡◡ mebant – – vbi neus cun – – cti ſimul – ◡◡ duo commata Penthemimeres, & Ephthemimeres con uncta, cum tres. vt: Infandum Re – – gina iu – ◡◡ bes reno – ◡◡ uare do – ◡◡ lorem – – dum Re – – gina iu – ◡◡ bes reno – ◡◡ tres cæſuræ, Trithemimeres, Trochaica, & Ephthemimeres.

Cauendum autem eſt præcipue, ne Penthemimeres, aut Ephthemimeres inchoet a Synalæpha, qua ſic interit Cæſura, nam ait Seruius verſum, Magnanimi Iouis ingratum aſcendere cubile eſſe ſine cæſura, quoniam in Synalæphen cadit. & itē illum Nympha decus fluuiorum animo gratiſſima noſtro. vbi orum – ◡ Trochaicam cæſuram perimit Synalæphe. feritur enim ōr' anĭ. Et aduertendum eſt Seruium hos verſus cæſura vacare dicere: qui Thrithemimere tamē nō careant, quod huius nulla, aut parua omnino ratio habeatur, etiamſi adſit, nec immerito: nam & primus pes ſæpiſſime ſolutus incedit.

Sunt præterea, qui tradant hāc encletieis impediri. Priſcianus vero nō iudicat ſuper eo verſu. 6, 1. Sic fatur lachrymans, claſſiq; immittit habenas. nos quidem eas interdum etiam cæſuras facere exiſtimamus, tanq̄ ſyllabas præciſas à dictione, cui ſemel inclinatæ quaſi coaluerint; qua ratione Que longa fit in hoc Terraſq;, tractuſq; maris, cælumq; profundum. E. 4, 51. G. 4, 222. & item in aliis locis. de quibus ſuperius: vbi de nothis Heroici pedibus diſſeruimus.

Heroicus igitur, vt inquit Diomedes, qui omnibus cōplicatis ita per cæſuras pedibus conſtat, vt nullus ſit, niſi extremus, qui partem orationis integram claudat, inſigniori quadam ſpecie grauitatis incedit. de quo hæc uerba ſunt.

verſus Heroicus is dignitate primus eſt, & plenę rationis perfectione formatus, ac totius grauitatis honore ſublimis multa pulchritudinis venuſtate præclarus: qui ſine vlla cōiunctione quaſcūq; alias orationis partes ita mutuis inter ſe connexionibus colligat. vt in ſcanſione propria pes nullus, niſi nouiſſimus tm̄ integram partē orationis includat: atq; ita ſex regionibus ſuis Spōdeū pedē, Dactylūq; cuſtodiat: vt Dactylus perraro: & hoc quidē ornandi Poematis gratia quintā regionē ſuā Spondeo concedat: Spondeus vero poſtremus finibus ſuis nunquàm Dactylum patiatur inſidere. In tertia quoque regione melius Spondeus Pēthemimeres, quàm Dactylus diuidit. cæteri autem pedes ſine ulla inter ſe diſcretione variantur. & exempli gratia

pona-

ponamus aliquem verſum, qui ſit omnibus, quæ ſupra memorauimus, clarus: & qui adeo ipſi Virgilio placuit: vt nullo mutato elemento, duobus eum voluminibus ponere delectatus ſit. Æ.4,129.11,1. ōcĕănum ītĕrĕā sūrgēns Aūrōră rĕlīquı t.ani maduerte pedes ſingulos ita ſcāſionis lege diuiſos, vt eorum nullus partem orationis clauſerit, niſi nouiſſimus: quem finalis neceſſitas cogit. hactenus Diomedes.

Semiquinariam cęſuram ſimilem eſſe interdum extremæ ſyllabæ verſus. itemq; Pēthemimerem, & Ephthemimerem.

Semiquinariæ autem cæſuræ potiſſimum tanta vis ineſt verſibus lęuigandis, vt, cum hac vacent (vacant autem perraro) quàm primum id moleſte ſentiant aures. ea vero modis mudis adhibetur, vnas modus eſt, vt quoquo modo Penthemineres inueniatur. vt hoc nobiliſſimo Dactylico.

Panditur interea domus omnipotentis olympi. alias eſt, cum non modo ea non caret verſus: ſed clauſulam finit: vt eſt: Arma, virumque cano. quæ ſi γνώμη fuerit, grauior erit. vt:

Omnia vincit amor. E.10,69.

Stat ſua cui dies. 10.467.

alius item eſt, cum terminalis ſit ſyllaba, vt plurimū aut adiectiui, aut pronominis, aut participii, quibus reddatur ſuum ſubſtantiuum in fine verſus. quod cum ſæpiſſime fiat, conſonante etiam interdum extrema Penthemimeri litera cum finali verſus. erunt tamē hi pauci exēplo.

Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi.

Syluestrem tenui Muſam meditaris auena.

Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti. E.2,40.

De cœlo tactas memini prædicere quercus. E.1,17.

Cui pendere ſua patereris in arbore poma. E.1,38.

Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos. E.1,42.

Non inſueta graues tentabunt pabula fœtas.

En vnquàm patrios longo poſt tēpore fines. E.1,68.

Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ. E.9,28.

Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi. G.4,111.

Iulius a magno demiſſum nomen Iulo: Æ.2,292.

Fraxinus, Herculeæq; arbos frondoſa coronæ. G.2,66.

Includunt, cæcoq; docent inoleſcere libro. G.2,77.

Victima, ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro. G.2,147.

Pabula: nec tota claudes fenilia bruma. G.3,321.

Et cantu querulæ rumpunt arbuſta cicadę. G.3,328.

Semina: nec miſeros fallunt aconita legentes. G.2,152.

Proximus huic, longo ſed proximus interuallo. 5,320.

Malo me Galatea petit laſciua puella. E.3,64.

Impulerit? tantęne animis cæleſtibus iræ. Æ.1,15.

Vlla tenent: vdo nō alligat anchora morſu. Æ.1,173.

Adſonat interdum vocalius Penthemimeres cum finali vocali verſus, & ſequēnte conſonante, vel conſonantibus, vt:

Si ad vitulam ſpectes, nihil eſt, quod pocula laudes. E.3,48.

Hoc faciunt: vacuos ſi ſit digeſta per agros. G.2,54.

Necnon & ſterilis quæ ſtirpibus exit

exit ab imis.G.2,53.
Eoaſq; domos Arabum, pictoſq; Gelonos.G.2,115.
Pollio amat noſtram, quãuis ſit ruſtica, Muſam.E.3,84.
Graius homo infectos linquens profugus hymeneos. 10,720.
Plena per inſertas ſpargebat Luna feneſtras.Æ.3,152.
Sic canibus catulos ſimiles, ſi matribus hædos.E.1,23.
Quamuis multa meis exiret victima ſeptis.E.1,34.
Ad genitorem imus Erebi deſcendit ad vmbras.6,404.
Clamorem tollunt: & mollia colla reflectunt.11,622.
Mœnia, magnanimûm quondam regnator equorum.Æ.3,704.
Cum genere extinxem, memet ſuper ipſa dediſſem.Æ.4,606.
Acriſionæis Danae fundaſſe colonis.7,410.
Primus Idumeas referam tibi Mãtua palmas.G.3,12.
Aſcanium ſuperat montes, & flumina tranant.G.4,270.
Sed & maiore cum vocalitate adſonat integræ ſyllabæ, vt:
Cuius olorinæ ſurgunt de uertice pennæ.10,187.
Venerat extinctam, ferroq; extrema ſecutam.6,457.
Talia perſtabat lacrymans fixuſque manebat.Æ.2,650.
atque horum ſimiles aliquot alij. quorũ qui ſunt nimio plus ſtudioſi, præſertim Heroici carminis ſcriptores, eius magnitudinis, ac generoſitatis obliti, ridiculi fiunt. affert nihilominus & hæc varietas ſuis numeris ornatum, ac decorem aliquando interſperſa. Quòd ſi Leonini iſti, vt quidam appellant, verſus nõ niſi rarò admittendi ſunt, quòd huiuſmodi aſſultus pueriles eſſe uideatur. quid illi in quibus aſſultus ipſe redditur vocalior. cũ ſcilicet nõ modo Penthemimeres comma, ſed & præcedẽs ſtatim conſonans, quæ ad proximam pertinet vocalem, extremitati carminis adſonat, Quare fortaſſe Poeta huiuſmodi plures non protulit.
Atque hic vndantẽ bello, magnũque fluentem.G.3,28.
Ora exertantem, & naues in ſaxa trahentem.Æ.3,425.
Talibus orantem dictis, araſq; tenentem.Æ.4,219.
